



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

Innocentii XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

# BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS DECIMUS-TERTIUS,

SIVE

CONTINUATIONIS PARS VII.

INNOCENTIUS XIII.  
PONTIFEX CCXLVIII.

ANNO CHRISTI MDCCXXI.

ANNO  
1721.

INNOCENTIUS XIII. Romanus, Michael Angelus de Comitibus antea vocatus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. SS. Quirici, & Julitæ, primum Episcopus Auximanus, deinde Viterbiensis, Summus Pontifex electus fuit Die 8. Maii anni 1721. & die 19. ejusdem mensis coronatus; Creavitque Cardinales 3. Vixit An. 68. Menses 9. Dies 28. Obiit An. 1724. Die 7. Martii. Sepultusque fuit in Basilica Vaticana. Vacavit Sedes Menses 2. Dies 22.

ANNO  
1721.

## APPENDIX AD TOM. VIII. & X.

I. Confirmatur Constitutio Clementis XI. de Privilegiis Universitatis Studii Generalis, & Collegii Doctorum Civitatis Urbini, cum nova eorundem concessione.

*Laudata Constitutio hic refertur, & edit. fuit 1721. Mart. 19. Pont. 21. Hujus Pontificis Const. edit. 1721. Nov. 27. Pont. 1. conceditur locus in Rota Maceraten. uni ex Civibus Urbini.*

Dat. 9. Maii  
1721. Ann. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.



RATIONI congruit, ac convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia, ac benignitate processerunt, licet ejus superveniente obitu Literarum Apostolicarum desuper expeditæ non fuerint, debitum consequantur effectum.

Epitome ex  
causa Constitutio-  
nis Clement. XI.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, felic. recor. Clemens Papa XI. Prædecessor Noster cupiens Civitati nostræ, tunc suæ, Urbini, ubi natus, & educatus fuerat, quamque nedum ortu suo, sed suis etiam eximiiis virtutibus plurimum illustravit, præcipuum aliquod Pontificiæ suæ Charitatis, & beneficentiæ argumentum tribuere, ac potissimum erga Universitatem studii generalis ibidem Apostolica auctoritate dudum erectam, in qua olim doctorali laurea decoratus; necnon erga Collegium J. U. Doctorum inibi pari auctoritate insti-

tutum, cui ille itidem dum in minoribus esset gradibus, adscriptus fuerat, grati, memorisque animi sui propensionem palam ostendere, & declarare, nonnulla privilegia, & Indulta a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus etiam Nostri, tunc suis Universitati Studii generalis, & Collegio Doctorum prædictis olim concessa, ac insuper nonnulla Edicta, & Decreta in utriusque favorem a Ducibus, & pro tempore Legatis, & Vicelegatis ejusdem Civitatis Urbini edita, ut in posterum observarentur exactius, paulo antequam viam universæ carnis ingrederetur, nempe mense Martio proxime præterito, Apostolica auctoritate approbaverit, & confirmaverit, pluraque alia ad eorundem Universitatis, & Collegii decus, ac utilitatem disposuerit per suas Literas, quæ tamen ob ejus subsecutum obitum ab illo subsignari, & consueto Romanæ Curie more expediri minime potuerunt, tenoris sequentis, videlicet.

§. 2. Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter multiplices, atque gravissimas sollicitudines, quas pro communi universi Christiani Gregis vigilantie nostræ divina dispositione commissi regimine, ac utilitate dies, noctesque suscipimus, illa potissimum cor nostrum vehementer pulsât, & angit, ut Populorum S. R. E. etiam in temporalibus subditorum commodis, & prospero, felicique statui paterna charitate consulamus, ac ea præsertim, per quæ literarum studia foventur, Juventus liberalibus disciplinis, & doctrinis eruditur, Juris in primis utriusque prudentia, sine qua Respublica rite gubernari nequiret, addiscitur, & recta causarum forensium cognoscendarum, justitiæque administrandæ ratio custoditur, omni adhibita ope, sedulitate, & cura promoveamus. Quo quidem paterni amoris sensu, si

Exordium  
a Pontificia  
sollicitudine  
promovendi  
felicem statu-  
tum Locorum  
S. R. E.  
subditorum,  
Civitatis præ-  
sertim Urbini  
sux Patriæ  
cujus laudes  
recensentur.

ceteras omnes Pontificia Ditionis Civitates merito respicimus, dignum profecto, justumque est, ut Civitatem nostram Urbinatensem, ubi vitæ limen attigimus, ac primis literarum rudimentis imbuti fuimus, quæque omni tempore totius Urbinatensis Ducatus Princeps, & Caput extitit, & plurimos tulit non tam bonarum artium, & mathematicarum præsertim disciplinarum laude imo etiam militari gloria insignes, quam Ecclesiasticarum dignitatum splendore conspicuos Viros; apud quos itidem, & solidæ pietatis, orthodoxæque Religionis cultus, ac summa in Romanos Pontifices, & Apostolicam Sedem observantia, & studium semper enituit, propensiori quodam affectu, natura ipsa distante, respiciamus, ac unice in Christo diligamus. Nec minus æquum arbitramur, & congruum, ut Universitatem quoque studii generalis illic Apostolica auctoritate erectam, in qua Nos olim lauream doctoralem accepimus, ac insuper Collegium J. U. Doctorum ibidem pari auctoritate institutum, unde Viri sæpenuero prodierunt doctrinæ fama celebres, illustriumque munerum ab ipsis recte gestorum merito commendati, cui Nos etiam adscriptos aliquando fuisse, non sine voluptate meminimus, paterna dilectione complectamur, gratæque voluntatis nostræ, ac simul Pontificiæ largitatis significationibus prosequamur.

A Clem. XI. d. Civitas ab ære alieno fuit soluta.

§. 3. Quocirca plurium Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, qui Patrias suas insignibus, maximisque beneficiis ornarunt, morem, exemplumque secuti, inter ipsa Pontificatus nostri primordia considerantes prædictam Patriam nostram dilectissimam ingenti quadraginta millium aureorum ære alieno, cui infelix superiorum temporum conditio, & publicæ necessitates causam præbuerunt, gravari, ac fere opprimi, & ob publicorum proventuum tenuitatem nedum omni proforsu carere spe illud unquam dissolvendi, sed etiam oneri annuorum ejus fructuum ferendo longe impari esse; æquum proinde, munerique nostro contentaneum duximus rationem inire, qua gravissimo huic malo occurreretur, insituroque ex pecuniis a Nobis ante aliquos annos collatis multiplico, cujus administratio a Viris ad id a Nobis delectis summa fide, ac industria hætenus gesta fuit, eam jam pecuniarum summam constavimus quæ memorato æri alieno penitus extinguendo satis erit, huncque in usum quamprimum justo nostro, benedicente Domino erogabitur.

Metropolitana Ecclesia prænobili Altari, sacraque suppellectili sumptuosa ditata.

§. 4. Præterea Metropolitanam ejusdem Civitatis Urbinatensis Ecclesiam, in qua sacris Baptistini aquis abluti fuimus, magnifico, atque prænobili Altari æneis ornamentis, antiquis marmoribus, & lapidibus versicoloribus selectissimis exulto, sub quo sacrum Corpus S. Crescentini Martyris, ipsius Civitatis Protectoris, reconditum est: sex ibidem prægrandibus candelabris cum Cruce, aliisque vasis argenteis elegantissime elaboratis; multa, & sumptuosa omnis generis suppellectile in usum sacri Ministerii: geminis attalicis fragulis magni pretii, totidemque a celebrioribus ævi nostri Pictoribus delineatis, atque confectis tabulis decorari nostra pariter, & quidem maxima impensa curavimus.

Ejusdem Ecclesie Canonicales proventus auctri. Aedes Archiepiscopales ampliatæ, Collegium extractum.

§. 5. Exiguum insuper, nec præfatæ Metropolitanæ Ecclesie dignitati parem Beneficiatorum illi inservientium numerum auximus, congruaque dote instruximus: Canonicales proventus, antea admodum tenues, certa annua quingentorum aureorum super fructibus, & redditibus quibuscumque Monasterii Sanctæ Mariæ de Claravalle nullius, seu Senogallien. Diocesis in perpetuum assignata pensione, amplificavimus: Sacrarium in usum Canonicorum a fundamentis erexit, & congruis armariis pro sacrarum suppellectilium decenti custodia exornavimus; Archiepiscopales ædes, angustas, &

collabentes refecimus, ac ampliavimus, Collegium itidem, in quo Nobiles Adolefcentes tum indigenæ, tum etiam exteri, bonis artibus, honestisque moribus a doctis, piisque Magistris sedulo instituuntur, fere in medullis Civitatis a fundamentis excitavimus.

§. 6. Publicam quoque Bibliothecam in Conventu Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum ad usum, & commoditatem eorumdem Fratrum, ac Civium, & Incolarum quorumcumque ipsius Civitatis, nec non Studiosorum ad præfatam Universitatem studii generalis confluentium instituvimus, non modica pecuniarum summa in id opus erogata, præsertim in constructionem Fabricæ ejusdem Bibliothecæ, eamque non modo scriniis, seu foliis nuceo ligno decenter elaboratis, ac filo æreo reticulato munitis, verum etiam pluribus codicibus ad omnes prope scientias, & artes tum liberales, tum mechanicas spectantibus, sive per Nos emptis, sive e domestica nostra Bibliotheca extractis, ut ultra nonnullos in antiqua dicti Conventus Bibliotheca existentes, ac alios plures, quos bo. me. Alexander Fidelis, dum viveret, Episcopus Aësinus, ejusmodi nostræ in suam æque, ac nostram Patriam beneficæ voluntatis probe conscius, in suis supremis tabulis dispositioni nostræ hoc consilio reliquerat, in scriniis hujusmodi jam collocati, & congrue dispositi reperiuntur, instrui fecimus; Illisque nuper alios etiam codices, præsertim ad artem medicam pertinentes, quos quon. Joannes Maria Lancisus, dum vixit, Cubicularius, & Medicus noster secretus propenso in eandem Patriam nostram animo dictæ Bibliothecæ legaverat, addi jussimus, quin imo etiam in posterum eandem Bibliothecam aliis codicibus, seu voluminibus, dum, benedicente Domino, vita suppetet, augere intendimus, ut exinde memorati Fratres, Cives, Incolæ, & studiosi bonarum, ac præsertim sacrarum literarum, laudabiliumque disciplinarum studiis commodius, ac impensis vacare, uberiorisque in eis progressus facere valeant.

Bibliotheca in Conventu S. Francisci ad publicum usum erecta.

§. 7. Ad hæc præfatæ Patriæ nostræ moenia pluribus in locis collapsa, aut collabentia instauravimus, ejus insuper Civibus J. U. Doctoribus certum, fixumque locum inter Auditores Tribunalium, quæ Rotæ nuncupantur, Civitatum nostrarum Perusæ, & Maceratæ in perpetuum assignavimus, ac non ita pridem pium Montem frumentarium cum dote septingentorum modiorum frumenti, qui quot annis mutuo pauperibus dari debeant, ad hoc, ut ejusmodi subsidio propriis necessitatibus consulere possint, & agri præsertim culturam deserere non cogantur, certis pro recta illius administratione sanctis legibus, ereximus, atque fundavimus, pluribusque aliis, nec vulgaribus beneficiis tum eandem Patriam nostram, tum etiam peculiariæ illius Civis hætenus prosecuti sumus, & ad extremum usque vitæ nostræ spiritum, adjuvante Domino, profectui non desinemus.

Moenia Civitatis restaurata. Duo fixa loca in Rotis Perusæ & Maceratæ Civibus assignata. Mons frumentarius erectus.

§. 8. Nunc vero ad Universitatem Studii generalis, & ad Collegium J. U. Doctorum in eadem Urbinatensi Civitate dudum, ut præfertur, erecta Apostolicæ nostræ considerationis intuitum convertentes, & gratum nostrum erga ipsa animum profiteri, testatumque facere cupientes æquum in primis ducimus iis, quæ a pluribus Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris ad illorum decus, ornamentum, ac utilitatem provide, atque sapienter constituta fuerunt, Apostolicæ nostræ confirmationis robur adjicere aliaque desuper statuere, atque disponere quemadmodum in Domino conspicimus salubriter expedire.

Referuntur Privilegia Universitati, & Collegio Doctorum a Pontificibus concessa.

§. 9. Cum itaque, sicut accepimus, fel. rec. Julius II. Romanus Pontifex Prædecessor noster institutionem præfati Collegii a q. Guido Ubal-

Epitome sequentis Constitutionis.

do Urbini Ducem factam pro cognitione causarum tam Ecclesiasticarum, quam prophanarum totius Urbinatensis ditionis in secunda, & tertia instantiis (causis mere Ecclesiasticis dumtaxat exceptis) benigne approbaverit, & confirmaverit, ac regulam in ejusmodi causarum decisione servandam præscripserit, pluraque alia in favorem ejusdem Collegii disposuerit per suas anno millesimo quingentesimo septimo xii. Kalen. Martii sub plumbo expeditas literas, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet:

S. 10. *Julius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Ad sacram Beati Petri Sedem Divina dispositione sublimati, singulis, quæ pro personarum Nobis, & Apostolicæ Sedi devotarum pace, commodo, & tranquillitate profutura fore conspicimus, Apostolicæ providentiæ sollicitudinem libenter intendimus, & ad felicem eorum prosecutionem, & confirmationem, cum a Nobis petitur, opem, & operam impendimus efficaces. Sane exhibitâ Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Nobilis Viri Guidobaldi Ducis Urbinaten., & universorum Subditorum ejus petitio continebat, quod licet olim fel. rec. Alexander Papa VI. Prædecessor noster, cupiens indemnitati universorum subditorum Ducatus Urbinaten. consulere, ipsum Ducatum Urbinaten., & Civitatem Senogallien., illiusque districtum ab omni jurisdictione Rectoris Provinciæ Marchiæ Anconitanæ segregaverit, & separaverit, ac certum Collegium Doctorum, Rotam nuncupatam, in Romandiola instituerit; ad quos omnes Causæ appellationum in quibuscumque causis Ecclesiasticis, & prophanis devolverentur, ordinaverit, & quod propter temporum condiciones hujusmodi Institutio effectum sortita non fuerit; Nilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatibus, & commoditatibus dictorum Subditorum suorum providere, in Civitate Urbinaten. unum Collegium tredecim Doctorum instituit, & quod coram eis omnes, & singulæ Causæ Ecclesiasticæ, & prophanæ tractarentur, & definitur, etiam ordinavit. Quare pro parte Ducis, & Subditorum hujusmodi, necnon etiam dilecti filii Nobilis Viri Francisci Mariæ Urbis Præfati Nobis fuit humiliter supplicatum, ut institutioni, & ordinationi Collegii tredecim in legibus, & Decretis Doctorum hujusmodi Apostolicæ confirmationis robur adicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, qui nostrorum, & S. R. E. Subditorum commoditatibus intendimus, & quantum cum Domino possumus, ipsos ab expensis, & oneribus relevamus, necnon præfati Ducis propositum plurimum in Domino commendantes, institutionem, & ordinationem prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac quod in secunda, & tertia instantia omnes Causæ tam Ecclesiasticæ, quam prophanæ, & mixtæ, ac Beneficiales (meris Ecclesiasticis dumtaxat exceptis) Ducatus, in Domini temporali præfati nunc, & pro tempore existentis, tam ratione Ducatus præfati nunc, & pro tempore existentis, quam aliorum ejus dominiorum quorumcumque coram dicto Collegio tredecim Doctorum, eisdem modo, & forma, quibus coram Rectore Provinciæ Marchiæ hujusmodi tractantur, tractentur, & finiantur. Ita tamen, quod Causæ præfate non possint expediri, nec terminari, nisi de voto, & consensu majoris partis Doctorum dicti Collegii, & alias sententiæ latæ non teneant, quæ vota secrete, & sigillatim præstare debeant, quodque etiam contingeret aliquem, seu aliquos ex Doctoribus dicti Collegii exinde se absentare, quod per tunc præsentem factum, & terminatum fuerit, perinde va-

leat, ac si omnes interfuissent; dummodo absentes ultra dimidiam partem non existant; ac etiam quod causæ appellationum quarumcumque per Subditos præfati Ducis a quibuscumque sententiis pro tempore interpositarum ad ipsum Collegium interpositæ sint; & esse censeantur, nisi forsan a sententiis ipsius Collegii appellatum fuerit, quo casu tunc ad Sedem Apostolicam appellari valeat, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, ipsosque Subditos, necnon Ducatum, & Statum Urbinaten.; ac etiam Statum & Civitatem Senogallien. ab omni jurisdictione, & superioritate Rectoris dictæ Provinciæ Marchiæ, necnon Bononiensi, & Perusina Legationibus prorsus eximimus; & segregamus; ac liberamus. Et insuper eidem Collegio, ut in Causis hujusmodi decidendis, & finiendis eisdem prærogativis, indultis, & ordinationibus utatur, potiat; & gaudeat, quibus dictus Rector præfate Provinciæ utitur, & uti consuevit, præfata auctoritate concedimus; Statuta quoque, & ordinationes per dictum Collegium in causis decidendis, & terminandis edita, dummodo sint licita, & honesta, & sacris Canonibus non obviantia, dicta auctoritate confirmamus; & approbamus, ipsique Collegio nova statuta, quatenus sint licita, & honesta, condendi eadem auctoritate licentiam elargimur, & facultatem; non obstantibus Apostolicis, necnon dictæ Provinciæ specialibus, & generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, seu de verbo ad verbum mentio, seu quævis alia expressio habenda foret illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, quodque Collegium hujusmodi nondum ad numerum tredecim Doctorum devenit, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, exemptionis, segregationis, liberationis, concessionis, elargitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo septimo, duodecimo Kal. Martii Pontificatus Nostri Anno Quinto.

S. 11. *Ac subinde rec. me. Pius Papa IV. etiam Prædecessor noster, postquam Urbinaten. Ecclesiam in Metropolitaneam erexerat cum Archiepiscopali Dignitate, & omnimoda jurisdictione, ac superioritate, necnon illi Callien., Senogallien., Pisaren., Forosempronien., Feretran. & Eugubin., Civitates, & Dioceses (quibus postmodum fel. itidem rec. Urbanus VIII. etiam Prædecessor noster Urbanien., & S. Angeli in Vado Civitates, & Dioceses adjecit) cum eorum districtibus, & Territoriis, ac Præsules pro tempore existentes pro suffraganeis Episcopis, necnon Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Diocesum earumdem perpetuo concesserat, & assignaverat, cum orta fuisset contentio inter bo. me. Felicem tunc Archiepiscopum Urbinaten., & bo. pariter me. Julium Sancti Petri ad Vincula, dum viveret S. R. E. Cardinalem de Urbino nuncupatum, cui regressus ad dictam Ecclesiam Urbinaten. per ipsius Felicis Archiepiscopi decessum, ac in certis aliis tunc expressis eventibus auctoritate Apostolica concessus fuerat, ex una; necnon Collegium Doctorum ejusdem Civitatis ex altera partibus, super jurisdictione, seu administratione justitiæ*

Item Ducatus, & Status Urbinaten. ac Senogallien. eximuntur a Rectore Marchiæ, cuius privilegia, aliaque Collegio tributantur.

Epitome sequentis Constitutionis.

in omnes Præsules, Clerum, & Populum Civitatum prædictarum, quam Felix Archiepiscopus & Julius Cardinalis memorati prætextu erectionis hujusmodi ad se spectare, Collegium vero vigore literarum Julii Prædecessoris sibi concessum fuisse, & quia in dicta erectione de Privilegiis, ac Indultis ipsi Collegio, ut præmittitur, concessis nulla mentio facta extiterat, nullatenus Archiepiscopo Urbinaten. competere, nec illius jurisdictionem ad causas appellationum interponendarum a sententiis latis per Ordinarios in Foro Ecclesiastico, cum jurisdicção ipsa eidem Collegio prius concessa fuisset, se extendere posse aserebant, ac ad tollenda plurima scandala, quæ ex ejusmodi contentione facile oriri poterunt, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiscopus præfati, necnon dictum Collegium medio, ac opera dicti Guidobaldi tunc Ducis Urbini devenissent ad quamdam concordiam, seu transactionem, cujus vigore conventum, stabilitumque fuit, quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiscopo Urbinaten. pro tempore existenti in cognoscendis, & decidendis primis appellationibus suorum Suffraganeorum venientibus a foro Ecclesiastico, ut supra, & secundas appellationes, seu tertias illarum instantias sibi reservarent, quodque omnes, qui appellarent a sententiis præfati Archiepiscopi, seu ejus Vicarii inter illius Diocesanos videlicet in prima, vel inter Suffraganeos, aut cum Fisco suæ Ecclesiæ, vel aliorum Suffraganeorum in secunda instantia latis, ut supra, intelligerentur appellasse ad ipsum Collegium, Privilegiis, & Indultis Apostolicis tam Archiepiscopo, quam Collegio hujusmodi, ut præfertur, concessis quoad reliqua omnia salvis prorsus, ac illæsis; memoratus Pius Prædecessor hujusmodi concordiam, seu transactionem amplissime approbaverit, & confirmaverit per suas anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, 13. Kalend. Martii sub plumbo expeditas literas tenoris sequentis, videlicet:

*S. 12. Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Ex solita Apostolicæ Sedis providentia ea, quæ pro bono pacis, & concordia inter Personas quilibet, ac præsertim Cardinalatus, & Pontificali Dignitate præditas concordia terminata fuisse dicuntur, ne in recidivæ contentionis scrupulum dilabatur, quæque in justitiæ præsidium favorem, commoda, & decus per Prædecessores nostros Romanos Pontifices concessa fuisse dicuntur, ut majoris roboris firmitatem obtineant, & perpetuo illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, ac desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Collegii tredecim Doctorum nuncupati Urbinat. exhibita petitio continebat, ac Dilectus Filius Julius S. Petri ad Vincula Diaconus Cardinalis de Urbino nuncupatus, ac Venerabilis Frater Felix modernus Archiepiscopus Urbinat., & Magister Domus, nec non Prælati Domestici noster exposuerunt, quod alias fel. rec. Julio Papæ II. Prædecessori Nostro pro parte Guidobaldi tunc Urbini Ducis, ac univerforum ejus Subditorum exposito, quod licet antea pie mem. Alexander Papa VI. etiam Prædecessor noster, tunc suus, cupiens indemnitati univerforum Subditorum Ducatus Urbinat. consulere, ipsum Ducatum Urbinat., ac Civitatem Senogallien., illiusque districtum ab omni jurisdictione Rectoris Provinciae Marchiæ Anconitanæ segregavisset, ac certum Collegium Doctorum, Rotam nuncupatum, in Romandiola institueret, quodque omnes Causæ appellationum in quibuscumque causis Ecclesiasticis, & prophanis devolverentur ad illud, ordinasset, & quod

propter temporum conditionem institutio hujusmodi suum sortita effectum non fuisset; nihilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatibus, & commoditatibus ditorum suorum Subditorum providere, in Civitate Urbini unum Collegium tredecim Doctorum instituerat, & quod coram eis omnes, & singulæ Causæ Ecclesiasticæ, & prophanæ tractarentur, ac definitur, etiam ordinaverat, præfatus Julius Prædecessor, Ducis, ac Subditorum hujusmodi, nec non etiam bon. mem. Francisci Mariæ tunc Almæ Urbis Præfati supplicationibus inclinatus, institutionem ac ordinationem hujusmodi auctoritate Apostolica per suas literas confirmavit, & approbavit, quodque in secunda, & tertia instantiis omnes Causæ tam Ecclesiasticæ, quam prophanæ, & mixtæ, & Beneficiales (mere Ecclesiasticis dumtaxat exceptis) Ducatus, & Domini præfatorum tunc, & pro tempore existentis Ducis, & Subditorum suorum hujusmodi, tunc, & pro tempore existentium tam ratione dicti Ducatus, quam aliorum ejusdem Dominiorum quorumcumque, coram dicto Collegio tredecim Doctorum, ac eisdem modo, & forma, quibus coram Rectore dictæ Provinciae tractabantur, tractarentur, & finirentur, ita tamen, quod causæ ipsæ non possent expediri, nec terminari, nisi de voto, & consensu majoris partis Doctorum Collegii hujusmodi, alias sententiæ latæ non tenerent, quæ vota sigillatim, & secrete præstari deberent, quodque, etiamsi contingeret aliquem, seu aliquos ex Doctoribus præfati Collegii ab eo se absentare, id quod per tunc præfentes factum ac determinatum foret, perinde valeret, ac si omnes interfuissent, dummodo absentes ultra dimidiam partem non existerent; ac etiam quod Causæ appellationum per Subditos præfati Ducis a quibuscumque sententiis pro tempore interpositarum ad ipsum Collegium interpositæ essent, & censerentur, nisi forsitan a sententiis ipsius Collegii appellatum foret, quo casu tunc ad Sedem Apostolicam appellari posset, dicta auctoritate statuit, & ordinavit, ipsosque Subditos, necnon Ducatum, & Statum Urbinat., ac dictam Civitatem, & etiam Statum Senogallien. ab omni jurisdictione, & superioritate Rectoris dictæ Provinciae Marchiæ; necnon Bononien., & Perusin. Legationibus prorsus exemit, & segregavit, ac liberavit. Et insuper eidem Collegio, quod in Causis hujusmodi decidendis, & finiendis eisdem prærogativis, Indultis, ac ordinationibus uteretur, potiretur, & gauderet, quibus præfatus Rector Provinciae hujusmodi utebatur, ac uti consueverat, præfata auctoritate concessit; Statuta quoque, & Ordinationes per dictum Collegium in causis hujusmodi decidendis, & terminandis edita, eadem auctoritate approbavit, & confirmavit; necnon ipsi Collegio nova statuta condendi licentiam, & facultatem elargitus fuit, prout in ipsis Julii Prædecessoris literis desuper confectis plenius dicitur contineri; Et deinde, sicut eadem expositio Nobis facta subjungebat, postquam Nos dudum ex certis rationabilibus causis Ecclesiam Urbinat., cui etiam tunc præfatus Felix tunc Episcopus Urbinat., præerat, in Metropolitanam Ecclesiam cum Archiepiscopali Dignitate, ac omnimoda jurisdictione, & superioritate per alias nostras literas perpetuo creveramus, necnon illi Callien., Senogallien., Pisanen., Forosempronien., Feretran., & Eugubin. Civitates, & Dioceses in Ducatu, & Domino præfatis consistentes cum illarum districtibus, Territoriis, ac Præsules pro tempore existentes pro suffraganeis Episcopis, necnon Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Diocesum earumdem etiam perpetuo concesseramus, & assignaveramus, ipsosque Præsules,

Constitutio  
Pii IV. in  
qua refertur  
supra relata  
Julii II. Con-  
stitutio.

Item erectio  
Ecclesiæ Ur-  
binaten., in  
Metropolitana  
a S. Sua  
facta.

Necnon lis inde orta inter Archiepiscopum & Collegium quoad cognitionem causarum.

Et concordia inter eos stabilita.

les, Clerum, & Populum, quoad omnia Metropolitanica, & Archiepiscopalia superioritatem, jurisdictionem, ac jura pro tempore existentia Archiepiscopo Urbinat. subjectos fore, & tamquam membra Capiti obsequentes, per eos de Archiepiscopalis jure responderunt volueramus, prout in eisdem literis nostris etiam latis continentur: Orta contentione, & controversia inter Felicem Archiepiscopum, & Collegium Urbinat., necnon etiam Julium Cardinalem præfatos, cui regressus ad dictam Ecclesiam Urbinat. per ipsius Felicis Archiepiscopi decessum, ac forsan in certos alios tunc expressos eventus, autoritate prædicta concessus extitit, super jurisdictione, seu administratione justitie, super jurisdictione, seu administratione justitie in omnes Præfules, Clerum, & Populum Civitatum hujusmodi, quam Archiepiscopus, & Julius Cardinalis prætextu erectionis ad se spectare; Collegium vero vigore literarum Julii Prædecessoris hujusmodi sibi concessam fuisse; Et quia in dicta erectione de Privilegiis, & indultis ipsi Collegio, ut præmittitur, concessis nulla mentio facta extiterat, nullatenus Archiepiscopo Urbinat. præfato competere, nec jurisdictionem præfati Archiepiscopi ad causas appellationum interponere, per Suffraganeos illius a sententiis latis per Ordinarios in Foro Ecclesiastico, cum jurisdictione ipsa eidem Collegio concessa prius extitisset, se extendere ostendi posse asserbant. Cumque ex hac contentione scandala plurima oriri posse dubitarent, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiscopus præfati volentes, ut bonos decet Præfules, fomenta dissensionum, & scandalorum, quæ inter ipsos, & Collegium hujusmodi occasione Jurisdictionis præfate de facili suscitari possent, propter concursum, & studium præveniendi, in totum tollere, & extirpare tam eorum propriis, quam Successorum suorum Archiepiscoporum Urbinat. nominibus infrascriptam cum dicto Collegio inierunt concordiam, & conventionem, medio, & opera Dilecti Filii Nobilis Viri Guidobaldi moderni Ducis Urbini, videlicet: Quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiscopo Urbinat. pro tempore existenti in cognoscendis, & decidendis primis appellationibus suorum Suffraganeorum venientibus a foro Ecclesiastico, ut supra, & secundas appellationes, seu tertias illarum instantias sibi reservarent; quodque omnes, qui appellarent a sententiis præfati Archiepiscopi, seu ejus Vicarii inter ejus Diocesanos, videlicet in prima, vel inter Suffraganeos, aut cum Fisco suæ Ecclesiæ, vel aliorum Suffraganeorum in secunda instantiis latis, ut supra, intelligerentur appellasse ad ipsum Collegium, privilegiis, indultis, & concessionibus Apostolicis tam Archiepiscopo, quam Collegio hujusmodi, ut præmittitur, concessis, & factis, quoad reliqua omnia salvis, & illæsis, ac in suo pleno robore permanentibus, necnon forsan alias Partes ipsæ verbo, vel in scriptis convenerunt, pepigerunt, & concordarunt, ut conventio, & concordia, necnon pactio hujusmodi eorum successores præfatos adstringerent, & obligarent, illa omnia superscripta approbari, & confirmari voluerunt. Quare Julius Cardinalis, & Felix Archiepiscopus, ac Collegium, necnon Guidobaldus Dux præfati Nobis humiliter supplicarunt, ut conventioni, & concordie, ac sine illarum præjudicio, & læsione, statutis, ordinationibus, exemptioni, segregationi, liberationi, concessioni, confirmationi Prædecessoris hujusmodi pro illarum subsistentia firmiori robore Apostolicæ firmitatis adjicere, aliaque in præmissis opportuna providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui singulorum, ac præsertim Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum Domesticonum Urbis, prout possumus, votis liben-

ter annuimus, veriores dictæ concordie, & conventionis, necnon Statutorum, Ordinationum, exemptionis, segregationis, liberationis, concessionis, & confirmationis prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, conventionem, & concordiam præfatas, etiam si in scriptis non extant, sed verbis dumtaxat inite sint, ac sine earum præjudicio, & læsione, statuta, ordinationes, exemptionem, segregationem, liberationem, concessionem, & confirmationem, necnon literas Julii Prædecessoris hujusmodi, & prout illas concernunt, omnia, & singula in eisdem concordia, & literis Julii Prædecessoris contenta, ac exinde secuta quæcumque Apostolica autoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, necnon eis plenum robur firmitatis adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint, in eisdem supplemus, necnon illa valida, & efficacia fore, & esse, ac per eisdem præmissos, & alios, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari debere, nec ab illis ullo umquam tempore resilire posse, sed modernum Archiepiscopum, & Successores suos, ac Collegium præfatos ad illorum totalem observationem teneri, & obligatos fore, necnon quibusvis juris, & facti opportunis remediis ad id cogi, & construngi posse. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis autoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiri debere; necnon extunc, si fecus super iis a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus; Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ Urbinat. juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia reboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, ac Literis Apostolicis eidem Archiepiscopo, & Collegio, ac quibusvis aliis quomodolibet, etiam motu simili concessis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjunctionis, suppletionis, decreti, declarationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum, Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, tertio decimo Kal. Martii Pontificatus Nostri Anno Quinto.

§. 13. Postmodum vero idem Pius Papa IV. antedictum Collegium Doctorum amplioribus privilegiis, & gratis ornare volens, duos singulis annis in Poesi doctos poetica laurea decorandi: necnon eos, quos prævio diligenti examine idoneos, ac sufficientes comperisset, ad Doctoratus in Jure tam Canonico, quam Civili, & Bacchalaureatus, Licentiaturæ, ac Magisterii in Medicina, vel alia licita facultate gradus promovendi; Notarios item publicos, seu Tabelliones, & Judices Ordinarios, prævio simili examine, idoneos repertos creandi: No-

Quæ a Pontifice confirmatur.

Epitome sequentis Constitutionis.

thos etiam, spurios, incestuosos, manseres, & ex quocumque illicito coitu procreatos legitimandi, & ad primæ naturæ jura, perinde ac si de legitimo matrimonio nati essent, restituendi: Nobiles insuper, seu etiam Milites, & Equites deauratos faciendi, & constituendi, amplam præfato Collegio licentiam, facultatem, & auctoritatem concesserit, ac indulerit suis anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, nono Kal. Martii in simili forma expeditis literis, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Constitutio altera Pii IV. qua Collegio tribuitur facultas.

*S. 14. Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Sedes Apostolica gratiarum abundantissima mater, ac illarum solertissima dispensatrix, Doctorum hominum Collegiis amplas facultates interdum tribuere consuevit, ad hoc, ut ejus munera per multorum peritorum maturam deliberationem, & prudens judicium, non nisi Personis benemeritis conferantur, ac distribuatur. Hinc est, quod Nos, qui accepimus olim cla. mem. Guidobaldum Urbini Ducem commoditatibus, & indemnitatibus universorum Subditorum suorum providere cupientem, in Civitate Urbini unum Collegium tredecim Doctorum forsitan nuncupatum, coram quibus omnes, & singulæ torius Ducatus, ac Domini pro tempore existentis Urbinaten. Ducis, & Subditorum præfatorum Causæ Ecclesiasticæ, & profanæ, necnon etiam mixtæ tractarentur, & definirentur, instituisse, illudque per fel. rec. Julium PP. II. Prædecessorem nostrum, ac etiam per nos, & forsitan alios Romanos Pontifices etiam Prædecessores Nostros approbatum, & confirmatum extitisse, ac illi nonnulla privilegia, concessiones, & indulta, quibus ipsi Doctores circa decisiones, & expeditiones Causarum uti deberent, auctoritate Apostolica concessa fuisse, idem Collegium, ejusque Doctores amplioribus favoribus, & gratis prosequi, ac decorare volentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis pro eis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Collegio, & Doctoribus hujusmodi nunc, & pro tempore existentibus ad instar nonnullorum aliorum Italix Collegiorum, in perpetuum duos singulis annis in poesi doctos poetica laurea decorandi, & insigniendi, necnon eos, quos in jure Canonico, & Civili, seu altero eorum studuisse, in eisque, seu eorum altero per diligentem examinationem scientia, & moribus idoneos, ac sufficientes esse invenerint, in utroque, seu altero juri hujusmodi, aut medicina, vel alia licita facultate studuisse, & similiter per diligentem examinationem duorum, vel trium per eos eligendorum Doctorum, seu Magistrorum, vel Licentiariorum facultatis, in qua studuerint, coram eis habendam, ac fidelem Magistrorum, seu Doctorum eorundem attestationem, medio juramento eis faciendam peritos, ac scientia, & moribus ad hoc idoneos, sufficientesque esse repererint, de eorundem Doctorum, seu Magistrorum, vel Licentiariorum consilio, & assensu, ac eorum votis juratis in artibus, aut medicina, vel alia licita facultate hujusmodi ad Bacchalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magisterii gradus promovendi, ac in eis legendi, disputandi, & interpretandi, necnon alios actus ad personas in hujusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes faciendi auctoritatem concedendi, & ipsorum graduum solita insignia eis exhibendi, necnon eos, quos ad hoc idoneos, & fideles, ac in literatura sufficientes esse repererint, in Notarios publicos, seu Tabelliones, & Judices Ordinarios, recepto prius ab eis, juxta formam præsentibus annotatam, solito juramento, creandi, ac de Notariatus, & Tabellionatus, ac Judicatus officii hujusmodi per pennam, & calamare, ut moris est, investiendi; Necnon Nothos, Bastardos, naturales, spurios, incestuosos, & manseres copu-

Item creandi Notarios, &

lative, vel disjunctive ex quocumque illicito coitu procreatos, tam præsentibus, quam absentes, viventibus, seu etiam mortuis eorum Parentibus; itaut ad paternam, & alias successiones bonorum quorumcumque suorum Agnatorum, Cognatorum, & Atinentium, sine præjudicio tamen venientium ab intestato, admitti, & in illis succedere; Necnon ad honores, dignitates, status, gradus, & officia secularia publica, & privata quæcumque recipi, & admitti, illaque gerere, & exercere libere, & licite possint, & valeant, ac si de legitimo matrimonio procreati essent, servata tamen forma literarum nostrarum desuper editarum legitimandi, ac ad primæ naturæ jura, & quoslibet actus legitimis restituendi, & reduendi; Necnon Nobiles, seu etiam Milites, vel etiam Equites deauratos, ut pro fide, justitia, & Religione pugnent, hortando, faciendi, creandi, & constituendi, eisque insignia, & arma in similibus dari solita, dandi, & concedendi, necnon ipsos nobilitatis equestribus insigniis decorandi, dicta auctoritate tenore præsentium licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus, & indulgemus, non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in provincialibus, & synodalibus Conciliis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, ac statutis, & consuetudinibus, etiam municipalibus Civitatum, & locorum, in quibus ipsi legitimandi fuerint, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, illis præsertim, quibus caveri dicitur expresse, quod Naturales, & Bastardi legitimi non possint, nisi de consensu legitimatorum, & naturalium, necnon quibusvis Cancellariæ Apostolicæ regulis per Nos, & Sedem eandem in contrarium hæctenus editis, & in posterum edendis, ac privilegiis, indultis, & Literis Apostolicis, etiam quibusvis Universitatibus, studiorum generalium Collegiis, & quibusvis aliis locis, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam de consilio ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium concessis, & confirmatis, ac in posterum concedendis, & confirmandis; Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Forma autem juramenti, quod Notarii, Tabelliones, & Judices per ipsos Collegium, & Doctores, ut præfertur creandi hujusmodi præstarent, talis est. Ego N. de N. Clericus N. ab hac hora in antea fidelis ero Beato Petro, & S. R. E. ac Domino meo Pio Papæ IV. & Successoribus suis canonice intrantibus, non ero in consilio, auxilio, consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium, quod mihi per se, vel literas, aut Nuncium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemini pandam, si vero ad meam notitiam aliquid devenire contingat, quod in periculum Romani Pontificis aut Ecclesiæ Romanæ vergeret, seu grave damnum, illud pro posse impediam, & si hoc impedire non possem procurabo bona fide id ad notitiam Domini Papæ perferri; Papatum Romanum, & Regalia S. Petri, ac jura ipsius Ecclesiæ specialiter, si qua eadem Ecclesia in Civitate, vel terra, de qua sum oriundus, habeat, adjutor eis ero ad defendendum, & detinendum, seu re-

legitimandi spurios.

Necnon Nobiles Milites, & Equites deauratos constituendi.

Præscribiturque Formula juramenti a Notariis præstandi.

cuperandum contra omnes homines; Tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus in quibus exigitur consensus Partium, fideliter faciam, nil addendo, vel minuendo sine voluntate Partium, quod substantiam contractus immutet; si vero in conficiendo aliquod Instrumentum unius solius Partis sit requirenda voluntas, hoc ipsum faciam, ut scilicet nil addam, vel minuum, quod immutet facti substantiam contra voluntatem ipsius; Instrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo sciam intervenire, seu intercedere vim, vel fraudem; contractus in Protocollo redigam, & postquam in Protocollo redegero, malitiose non differam contra voluntatem illorum, vel illius, quorum, seu cujus est contractus, super eo publicum conficere Instrumentum, salvo meo debito, & consueto salario. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostræ concessionis, Indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, nono Kal. Martii Pontificatus nostri Anno Quinto.

§. 15. Deinde memoratus Urbanus VIII. Prædecessor noster, ne dubitari contingeret, an ejusmodi Privilegia a Julio II., & Pio IV. concessa præfato Collegio per obitum q. Francisci Mariæ ultimi Ducis Urbini, & devolutionem illius Ducatus ad Sedem Apostolicam adhuc durarent, vel expirassent, ipsi Collegio facultatem, ac auctoritatem cognoscendi, & judicandi causas appellationum tam Ecclesiasticas, quam Laicales omnium, & quorumcumque Judicium Ducatus, & Legationis Urbinate. (exceptis tamen Beneficialibus, ac iis, quæ juxta dispositionem Concilii Tridentini, vel alias de jure essent inappellabiles) in secundis seu tertiis instantiis, ac in omnibus illis, in quibus daretur appellatio, postquam judicata fuissent a Judicibus ordinariis appellationum, ubi existerent, & nonnullis adjectis declarationibus, & dispositionibus tam circa electionem, & numerum Doctorum votantium, & supranumerariorum ejusdem Collegii, quam circa modum ab ipsis in ejusmodi Causarum decisionem servandum, concesserit, ac impertitus fuerit; præterea expresse decreverit, ac disposuerit, ut in præmissis causis appellationum tam Ecclesiasticis, quam laicalibus ad Collegium spectantibus appellari non posset *omisso medio*, & si appellari contingeret, nullus Judex se ingerere deberet, nisi in vim specialis commissionis Romani Pontificis pro tempore existentis manu signatæ; alias licitum esset eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obstante quacumque inhibitione, & absque alicujus pænæ incurso, ipsumque Collegium reassumere, inhibere, & exequi posset, prout de jure, ac ubi Collegium judicasset in casu, quo dari deberet appellatio, tunc ejus cognitio, seu commissio ad existentem pro tempore in eisdem partibus Apostolicæ Sedis Legatum, pertineret; ac insuper eidem Collegio statuta super modo cognoscendi causas, & pro felici ipsius gubernio necessaria, & opportuna condendi, & quoties sibi videretur, immutandi, ac innovandi, salva tamen semper approbatione d. Legati, sive ejus Vice-Legati facultatem pariter concesserit, ac indulserit; necnon doctorandi, & alia privilegia eidem Collegio competentia, dummodo essent in usu, & non essent revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, & sacris Canonibus, Concilii Tridentini decretis, Constitutionibusque Apostolicis non adversarentur, approbaverit, & confirmaverit per suas in for-

ma Brevis die octava Julii anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto expeditas literas tenoris sequentis, videlicet.

§. 16. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut pro parte dilectorum Filiorum Communitatis, & hominum Civitatis nostræ Urbinate, necnon Collegialium Collegii Doctorum ejusdem Civitatis Nobis nuper expositum fuit, Collegium præfatum, in quo admittuntur omnes ii, qui ex Patre Cive nati ad Doctoratus gradum Urbini promoventur, prætextu literarum fel. rec. Julii II. super erectione dicti Collegii, & Pii IV. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum super confirmatione certæ concordie inter eosdem Doctores, & tunc existentem Archiepiscopum Urbinate. super causarum cognitione in prima, secunda, & tertia instantiis initæ emanatæ facultatem judicandi in causis appellationum tam in foro sæculari, quam Ecclesiastico Status ac Ducatus Urbini, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum per obitum q. Francisci Mariæ ultimi Ducis Urbini ad Sedem Apostolicam devolutorum, & nostro incorporationis Decreto comprehensorum sibi competere prætendant, Nos ejusdem Civitatis Communitatem, & homines, necnon Doctores præfatos ob præcipuum, quo illos complectimur, paternæ charitatis affectum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequen., harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ne dubitari contingat, an dicta privilegia Julii II., & Pii IV. adhuc durent, vel expiraverint per mortem dicti ultimi Ducis, tredecim ejusdem Collegii Doctoribus, ut infra, eligendis, & pro tempore existentibus facultatem de cætero judicandi in causis appellationum status præfati, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum supranarratorum, tam in foro Sæculari, quam Ecclesiastico auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impertimur; ita tamen, quod ex dicto Collegio DD. tredecim Votantes, & quatuor, vel quinque Supranumerarii, si opus fuerit, eligantur qui eorundem Votantium, si abfuerint, vel si suspecti allegati fuerint, vices in judicando supplere valeant, sed existente necessario votantium numero, ut infra dicitur, a dando, vel ferendo voto se abstinere debeant, nec judicare possint. Porro tam votantium, quam Supranumerariorum electio pro prima vice dilecto Filio nostro Francisco S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario, nostro secundum carnem ex Fratre germano nepoti, & in Statu, ac Ducatu Urbini & præfatis aliis Terris, & Locis hujusmodi nostro, & Apostolicæ Sedis de Latere Legato reservata sit, & censeatur; de cætero autem deficiente aliquo ex supradictis, tres a præfato Collegio Doctores nominabuntur, quorum unus ab ipso Francisco Cardinali moderno, seu pro tempore existente Legato, vel ab hac Sede eligetur. Inter hos tredecim Doctores Votantes, quinque ad minus erunt Ecclesiastici non uxorati sed incedentes in habitu, & tonsura Clericalibus, ad quos solos dumtaxat causarum Ecclesiasticarum cognitio pertinebit, in quibus Laici se alias ingerere non valeant, nec possint, quam in dando eorum voto consultivo. In causis vero laicalibus ipsi votum dabunt, & ferent promissive cum Laicis, & eas, prout juris erit, terminabunt, non tamen votis secretis, sicut in præ-

Constitutio Urbani VIII. qua non obstante de jure ne status Urbini ad S. Sedem devotio conceditur Collegio.

Facultas decidendi causas, sed beneficialibus exceptis & juxta novam regulam, quoad numerum votantium, eorum qualitatem, & modum ferendi votum, nec non cum aliqua subjectione Legato Apostol.

Epitome sequentis Constitutionis.

fatis Julii II. Prædecessoris nostri literis concessum fuit, sed votis apertis, & in jure fundatis, & sententiæ ad minus in causis Ecclesiasticis a Judice, seu Ponente subscribentur, non obstante stylo in contrarium faciente. Habebit Collegium mediante distinctione præfata auctoritate cognoscendi causas appellationum tam Ecclesiasticas, quam Laicales omnium, & quorumcumque Judicum Legationis supradictæ, exceptis tamen Beneficialibus, & iis, quæ juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini, vel alias de jure sunt inappellabiles, in secundis, seu tertiis instantiis, & in omnibus illis, in quibus dabitur appellatio postquam judicata fuerint a Judicibus ordinariis appellationum, ubi dicti Judices appellationum existunt, quibus nullam censetur illatum præjudicium; Verum in causis Ecclesiasticis pro earum definitione ad minus tres Judices, & in Laicis ad minus quinque interveniant, & in illorum defectu, ut præfertur, supplebunt Supranumerarii, & etiam in eorum defectu, poterunt subrogari alii Judices ad electionem, & de consensu partium, dummodo in causis Ecclesiasticis pro earum definitione semper sint Judices Ecclesiastici. In causis appellationum spectantibus, ut supra est, ad Collegium, tam Ecclesiasticis, quam Laicalibus appellari non possit, *omisso medio*, & si appellari contigerit, in iis nullus Judex se ingerere debeat nisi in vim commissionis expressæ, manu nostra signatæ; alias licitum sit eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obstante quacumque inhibitione, & absque alicujus pœnæ incursum, ipsumque Collegium reassumere, inhibere, & exequi possit, prout juris erit. Ubi vero Collegium judicaverit, in casu quo dari debeant appellatio, ejus cognitio, seu commissio ad dictum Legatum spectabit. Præterea eidem Collegio statuta super modo cognoscendi causas, & pro felici ipsius gubernio necessaria, & opportuna condendi, illaque toties, & quoties sibi videbitur, & placuerit, alterandi, immutandi, & innovandi, salva tamen semper approbatione dicti Legati, sive ejus Vicelegati, facultatem concedimus, & impertimur; necnon doctorandi, & alia privilegia eidem Collegio competentia, dummodo sint in usu, nec sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, constitutionibusque Apostolicis non adversentur, auctoritate, & tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes præsentem literas validas, firmas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictoque Collegio in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, & irritum, & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indulciis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub anno Piscatoris die VIII. Julii MDCXXXVI. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Item fruendi privilegiis dummodo sint in usu.

Epitome sequentis Constitutionis.

§. 17. Postremo similis memoriæ Clemens X. etiam Prædecessor noster ex publico Studio prolectionibus Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum scientiarum, seu faculta-

tum, & præsertim mathematicarum disciplinarum in prædicta Urbinatensi Civitate olim instituto, necnon ex præfato Doctorum Collegio, recenter Civium opera inter se unitis, & conjunctis, unam Universitatem Studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, Philosophia, Mathematicæ, aliæque ingenue discipline, scientiæ, & artes publice docerentur, ac perlegerentur, & qui peracto studiorum curriculo idonei reperti fuissent, ad Baccalaureatus, Magisterii, Doctoratus, aliosque gradus scholasticos, servata in omnibus Viennen. & Tridentini Conciliorum dispositione, promoveri libere, & licite possent, in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studiorum generalium Universitatibus per Sedem Apostolicam erectis fieri solet, Apostolica auctoritate perpetuo erexerit, & instituerit, ac ipsi Universitati Studii generalis sic erectæ, & institutæ, ejusque Rectoribus, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis quibuscumque pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indulciis, liberatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, prærogativis, honoribus, præminentis, & gratiis, quæ tam per san. mem. Clementem VIII., quam alios quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, tunc suos, Universitati Studii generalis Civitatis nostræ, tunc pariter suæ, Ferrariens., ejusque Rectori, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis respective, etiam per viam communicationis, & alias quomodolibet, & qualitercumque concessa, & attributa fuerunt, pari modo, absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valerent, simili auctoritate perpetuo concesserit, ac indulserit, per suas in simili forma Brevis die vi. Aprilis anno 1671. datas literas tenoris sequentis, videlicet:

§. 18. Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Aternæ sapientiæ consilio Speculatorum domus Israel, quæ est Sancta Dei Ecclesia, nullo licet meritum nostrorum suffragio, constituti excitandis, promovendisque bonarum literarum, & laudabilium disciplinarum studiis, quæ Catholicæ Fidei, divinique cultus propagationi, & incremento, ac justitiæ administrationi, aliisque in publicum commodis, magno opere conducibilia sunt, & depulsa ignorantie caligine mentes luce veritatis illustrant, peculiarem Pastoralis muneris nostri sollicitudinem propensa charitate adhibemus, sicut omnibus mature considerationis trutinâ perpensis ad Omnipotentis Dei gloriam, ac ad hujus Sanctæ Sedis Dignitatem, nostrorumque, & ejusdem Sedis etiam in temporalibus Subditorum decorem, commodum, & utilitatem salubriter expedire in Domino arbitramur. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Communitas, & homines Civitatis nostræ Urbinaten., quod cum Collegium Doctorum ejusdem Civitatis ex antiqua consuetudine publicam in ea Institutionem Juris civilis lectionem haberet, ibique Philosophia, & Sacra Theologia a Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum publice quoque perlegerentur in utilitatem Studiorum, ut peractis Studiorum curriculum ad Doctoratus Lauream provehi valerent: Dilectus Filius noster Alderanus S. R. E. Presbyter Cardinalis Cybo nuncupatus tunc temporis in illis partibus Sedis Apostolicæ Legatus probe cognitum, perspectumque habens, quantum eidem Civitati decoris, atque utilitatis accedere poterat, si instituto ibidem Studio hujusmodi, quo Parentes eorum liberos Studiorum causa alibi sustentandi onere, atque impensa liberabantur, incrementum, atque norma traderen-

Constitutio Clem. X. in qua refertur erectio studii publici in Palatio Pontificio a Card. Cybo Legato facta, & causa unionis inter illud, & Collegium D.D.

tur, lecturas præfatas in aliquot mansiones remotas, nec ulli alii usui applicatas Palatii Pontificii dictæ Civitatis insimul redegit, aliasque ordinarias Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum scientiarum, seu facultatum, & præsertim mathematicarum disciplinarum, quæ in eadem Civitate antehac eximie floruerant, lectiones, seu Cathedras instituit, ut ibidem tam indigenæ, quam Exteri, tradita sibi a Domino talenta docendo exercere valerent, & Juventus ad ingenuas artes, atque scientias addiscendas, atque excolendas ardenti stimulo incitaretur, huicque Studio nonnullos paucos redditus sub Vexilliferi pro tempore existentis, & sex Nobilium præfate Civitatis superintendentia assignavit, ac fel. rec. Innocentius Papa Decimus Prædecessor noster, cognita grandi utilitate, quæ inde resultabat in favorem ejusdem Studii, quædam bona stabilia duorum Conventuum suppressorum Congregationis Monachorum Cælestinorum, & Ordinis Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis respectively concessit; Et subinde recol. me. Alexander Papa Septimus etiam Prædecessor noster publici pariter commodi consideratione adductus, proventum annum Spheristerii, qui prius ad existentem pro tempore in eisdem partibus Sedis præfate Legatum spectabat, eidem Studio applicavit. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, emolumenta quidem ex præmissis provenientia stipendiis, quæ Lectoribus dicti Studii annuatim præstantur, sufficienter, si vero Studium hujusmodi in Universitatem Studii generalis cum privilegiis, & indultis ad instar illorum, quæ a piæ mem. Clemente Papa Octavo Prædecessore pariter nostro Universitati Studii generalis Civitatis nostræ, tunc suæ, Ferrariensis concessa fuerunt, erigeretur, & institueretur, inde numerus Studiosorum tam Provincialium, quam Exterorum ibidem excresceret, & non solum dictæ Civitatis Urbinatensis, quæ a mari remota commercio non admodum floret, sed victualibus abundat, & quieti, quam literarum studia desiderant, colendæ peropportuna existit, decori, & ornamento, sed etiam illius civium, & incolarum compendio, utilitati, & levamento magnopere consuleretur. Cumque dicti Exponentes hujusmodi erectionis, & institutionis gratia procuraverint, ut idem Studium, ac memoratorum Doctorum Collegium, quod antehac a dicto Studio divisum fuit, & ( ut asseritur ) vigore quarundam similis rec. Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri literarum per similis memoriæ Urbanum Papam Octavum Prædecessorem pariter nostrum confirmatarum facultate conferendi lauream doctoralem in quibuscumque facultatibus, ac creandi Equites, & legitimandi Spuriis fruitur; necnon ex privilegio per piæ pariter memoriæ Julium Papam Secundum, & dictum Pium Prædecessores concessio de causis appellationum in secunda, & tertia instantia tam civilibus, quam criminalibus, Ecclesiasticis, & prophanis in illo Statu, & Provincia cognoscit, firma, stabilique unione inter se conjungerentur; Nobis propterea ipsi Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad constantis fidei, & sinceræ devotionis affectum, quem dicti Exponentes erga Nos, & Sedem præfata gerere comprobantur, paternæ dirigentes considerationis intuitum, eorumque votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad ef-

fectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati de nonnullorum dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super hoc negotio a similis rec. me. Clemente Papa IX. Prædecessore pariter nostro deputatarum consilio, in præfata Civitate Urbinatensi, ex Collegio Doctorum, & Studio hujusmodi, sicut præmittitur, inter se unitis, & conjunctis, unam Universitatem Studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, philosophia, mathematicæ, aliæque ingenue disciplinæ, scientiæ, & artes publice doceantur, & prælegantur, & qui peracto studiorum curriculo habiles, & idonei reperti fuerint, ad Baccalaureatus etiam formati, ac Magisterii & Doctoratus, aliosque gradus scholasticos, servata tamen in omnibus forma, & dispositione Viennen., & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, promovendi libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studiorum generalium Universitatibus per Sedem Apostolicam præfata erectis fieri solet, auctoritate Apostolica tenore præsentium, sine alicujus præjudicio, perpetuo erigimus, & instituimus, ac ipsi Universitati Studii generalis sic erectæ, & institutæ, ejusque Rectoribus, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, & Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque Personis quibuscumque pro tempore existen., ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, favoribus, honoribus, prærogativis, præminentis & gratis quibuscumque, quæ tam per præfatum Clementem VIII., quam alios quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros præfate Universitati Studii generalis Ferrarien., ejusque Rectori, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis respectively etiam per viam communicationis, & alias quomodolibet, & qualitercumque concessa, & attributa fuerunt, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valeant, sine ullo tamen præjudicio exactionum Cameralium, circa quas nihil innovatum sit, auctoritate, & tenore præfatis itidem concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus erectionum, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices, ac Sedem præfata quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censerit, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaverint, toties in præsentium, & validissimum statum restitutas, & plenarie reintegratas, ac etiam sub posteriore data per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda de novo concessa intelligi, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, & illis respectively in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfate Cardinales etiam de Latere Legatos, aliosque quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, & in universalibus, Provincialibusque, &

Hinc ex utroque a Pontifice erigitur universitas generalis, cui conceditur privilegia Universitatis Ferrarien.

Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon, quatenus opus sit, dicte Civitatis Urbinaten., aliisque quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibuscumque personis, & locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VI. Aprilis MDCLXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatio  
relatarum  
Constitutio-  
num.

§. 19. Nos igitur attendentes firmiora esse ea, quibus Sedes prædictæ sæpius intercedit auctoritas, ac Universitatem Studii generalis, & Collegium Doctorum præmemorata specialibus favoribus, & gratis prosequi, & ornare volentes, motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, præinsertas Julii II., Pii IV., Urbani VIII., & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum literas, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, ac irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & munimen adjicimus; quinimo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus omnia, & singula in eisdem literis contenta denuo statuimus, sancimus, & ordinamus, ac ab omnibus & quibuscumque etiam speciali, ac individua nota dignis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, exacte, inconcasse, ac inviolabiliter perpetuo observari volumus, decernimus, & mandamus.

Declaratio  
1. In causis  
ad Collegium  
spectantibus  
appellari non  
possit hoc  
omisso medio.

§. 20. Præterea ad tollendas controversias pluries obortas, & in Romana Curia agitata circa interpretationem prædictarum literarum Urbani VIII. Prædecessoris, in quibus decernitur, quod in causis appellationum tam Ecclesiasticis, quam Laicalibus, ad memoratum Collegium spectantibus appellari non possit, *omisso medio*, & si appellari contigerit, nullus Judex se ingerere debeat, nisi in vim specialis commissionis Romani Pontificis pro tempore existentis manu signatæ; declaramus, & Apostolicæ auctoritate, quatenus opus sit, denuo sancimus, decernimus, ac ordinamus, omnes, & quascumque causas appellationum interpositarum a sententiis, seu decretis latis a quibuscumque Judicibus tam Ecclesiasticis, quam Laicalibus omnium, & quarumcumque Civitatum, Terrarum, & locorum Ducatus, & Legationis Urbinaten. (exceptis tamen beneficialibus, ac iis, quæ juxta Tridentini Concilii dispositionem vel alias de jure sunt inappellabiles, ac iis insuper exceptis, quæ prius in Curia Archiepiscopali

Urbinaten., vel ab aliis Judicibus ordinariis appellationum in locis, ubi existunt, ut præfertur, judicande erunt) in secundis, seu tertiis instantiis omnino devolvi debere ad prædictum Collegium Doctorum; inhibentes, ac stricte interdcentes, ne hoc *omisso medio* appellari possit ad pro tempore existentem Urbini Legatum, seu Vicelegatum, nec etiam ad Auditoris Cameræ nostræ Apostolicæ, vel quodcumque aliud quantumlibet privilegiatum, ac speciali mentione dignum Romanæ Curie Tribunal, aut Judicem, & si appellari contigerit, nullus Judex in ejusmodi causis se ingerere possit, nisi vigore specialis commissionis, quæ nostra, vel Romani Pontificis pro tempore existentis manu signata fuerit; Quod si absque hujusmodi commissione se ingerere præsumperit, omnia ab eo gesta, & decreta, attentata, nulla, ac irrita sint eo ipso; quin etiam eidem Collegio, ut quacumque inhibitione non obstante, & absque alicujus poenæ incursum, ad ulteriora in similibus causis procedere, ac ubi opus fuerit, inhibere, easque a quocumque Judice, & Tribunali reassumere, cognoscere, & prout juris esse censuerit, sine debito terminare libere, ac licite possit, & valeat, simili auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, ac indulgemus.

§. 21. Ad hæc aliam similiter controversiam non semel excitatam, an oppida, & loca, quædam fel. pariter rec. Sixtus V. Prædecessor noster Tribunal Audientiæ Caesarum Provincie Marchiæ, Rotam nuncupatam, in Civitate nostra, tunc sua, Macerateni per literas anno millesimo quingentesimo octogesimo octavo Idibus Martii sub plumbo expeditas, instituit, ac erexit, Ducatui Urbini subjecta erant, sub earum literarum dispositione comprehendebantur, e medio tollere, ac penitus dirimere cupientes, & declarationibus alias, ac nuper, nempe diebus 23. Septembris, & 7. Octobris anno millesimo septingentesimo duodecimo per Dilectum Filium nostrum Petrum Marcellinum Tit. Sancti Joannis ante Portam Latinam Presbyterum S. R. E. Cardinalem Corradinum nuncupatum, tunc Pro-Auditorem nostrum, factis inhaerentes, Civitates, Oppida, & Loca omnia, quæ Ducatui Urbini tempore, quo præfate Sixti Prædecessoris literæ emanarunt, subjecta erant, sub earumdem literarum dispositione non comprehendi, nec ullo modo comprehensa censi; ac ita a quibuscumque Judicibus perpetuo judicari, ac definiti debere, statuimus, decernimus, & declaramus.

Declaratio  
2. Loca, quæ  
Ducatu Ur-  
bini subjecta  
erant, cum a  
Sixto V. Rota  
Maceraten.  
erecta fuit  
sub ejusdem  
dispositione  
non compre-  
hendi.

§. 22. Demum, cum sicut accepimus, tametsi pluribus Edictis, quorum primum a præfate Guidobaldo secundo Urbini Duce die 17. mensis Augusti anno 1565, alia vero recentiora a diversis ejusdem Civitatis pro tempore Legatis, & Vice-Legatis promulgata fuerunt, salubriter cautum; ac expresse vetitum fuerit, ne Subditi ejusdem Ducatus, & Legationis alibi, quam in memorato Urbinateni Doctorum Collegio Lauream, & Gradum Doctoratus accipiant, & qui secus fecerint, ab omnibus, & quibuscumque publicis in ea Provincia muneribus, ac officiis excludantur, nec ibidem Doctoris professionem exercere umquam possint; Nihilominus ejusmodi Edictorum dispositione posthabita, quamplures Subditi ad publica munera, & Doctoratus exercitium ibidem passim admittantur, licet Doctoratus insignia in prædicto Collegio minime susceperint; Nos proinde eorumdem Edictorum executioni, ac ipsius Collegii decori, utilitati, & incremento, quantum cum Domino possumus, opportune consulere cupientes, quemadmodum illustre cæteris omnibus exemplum præbere curavimus, dum antea actis annis duos ex germano Fratre secundum carnem Nepotes nostros, nimirum Dilectum

Declaratio  
3. omnes sub-  
ditos non ali-  
bi quam in  
Universitate  
Urbinaten.  
posse Lau-  
ream Docto-  
ralem acci-  
pere:

A Card. An-  
nibale Alba-

Filium

1721.

no, & R.P.D. Alexandro Albano, Clementis XI. Nepotibus ad exemplum in d. Universitate Doctoralis gradus susceptus fuit.

Filium nostrum Annibalem, modo S. Mariae in Cosmedin Diaconum S. R. E. Cardinalem, & Camerarium Albanum nuncupatum, & Dilectum pariter Filium Magistrum Alexandrum Albanum in utraque Signatura nostra nunc Referendarium, & Camerae nostrae Apostolicae Clericum, quamvis literarum studii in hac Alma Urbe nostra operam navassent, non alibi tamen, quam Urbini in praefato Collegio eos Doctoratus laurea insigniri volumus; ita nunc tenore praesentium Apostolica auctoritate decernimus, praecipimus, & mandamus, ut in posterum, atque perpetuis futuris temporibus Subditi praedictae Legationis, qui peracto studio rum curriculo, Doctorali Laurea ornari voluerint, eam in memorato Collegio omnino recipere teneantur, & qui alibi ipsam receperint, ad exercenda publice munera, & Officia, atque etiam ad gerendum quarumvis causarum in quocumque foro parocinium in omnibus ejusdem Legationis locis profusus inhabiles, & incapaces sint, ac esse intelligantur, nec illos a quoquam ad id, praeterquam a Nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existente habitari, neque cum ipsis super hujusmodi defectu dispensari unquam posse, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus statuimus, decernimus, & declaramus.

Clausula amplissima.

§. 23. Decernentes pariter easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod interesse in praemissis habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, & dignitatis existant, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causaeque, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, & justificatae non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quando-cumque, & quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab iis respective inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in praemissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, aliove quoslibet quacumque auctoritate, praeminentia, aut potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deregatio amplissima quibuscumque contrariis.

§. 24. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, & quibuscumque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque

Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, quibus omnibus, & singulis quoad ea, quae praesentibus adversantur, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaeris alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 25. Ceterum volumus, quod earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eadem profusus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhibeatur, si forent exhibitae, vel ostensa.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum Confirmationis, approbationis, declarationis, mandati, ordinationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo primo, Decimoquarto Kalen. Aprilis Pontificatus nostri Anno Vigesimo Primo.

§. 27. Ne autem de approbatione, confirmatione, innovatione, Decretis, declarationibus, novis concessionibus, statutis, mandato, & voluntate Clementis Praedecessoris circa praemissa ex eo, quod ipse Clementis Praedecessoris ob subsecutum ejus obitum, ut praefertur, Literarum Apostolicae praesentiae ab ipso subsignatae, ac in forma solita expeditae non fuerint, valeat quomodolibet haesitari, & ii, quorum interest, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, illorum frustrentur effectum, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, praecipimus, & mandamus, quod approbatio, confirmatio, innovatio, Decreta, declarationes, novae concessionis, statuta, mandatum, & voluntas ejusdem Clementis Praedecessoris, quoad omnia, & singula, quae in praefatis Literis continentur, integrum sortiantur effectum, perinde ac si super illis ipsius Praedecessoris Literae confectae, & sub plumbi juxta consuetum Romanae Curiae morem expeditae fuissent, quodque praesentes literae ad probandum, ac plene justificandum approbationem, confirmationem, innovationem, Decreta, declarationes, novas concessionis, statuta, mandatum, & voluntatem Clementis Praedecessoris hujusmodi ubique sufficienter, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

§. 28. Praeterea ne praesentiae Clementis Praedecessoris Literae ullo unquam tempore a quoquam ex quovis capite impugnari, invalidari, aut in controversiam adduci, & vocari possint, sed perpetuis futuris temporibus firmas, validas, efficaces, ac illibatas persistant, eas Nos tenore praesentium specialiter, & expresse approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robor, & munimen adjicimus, ac omnes, & singulos tam Juris quam facti defectus, si qui forsitan desuper intervenerint, supplemus, ac illas perpetuo valere, & observari debere volumus, & ordinamus.

§. 29. Insuper ad majorem, & abundantiorum praemissorum cautelam, & executionem,

1721.

Fides habenda transumptis.

Sanctio poenalis.

Causa praesentis constitutionis.

Mandatum pro executione Constitutionis Clementis XI.

Confirmatio ejusdem Constitutionis.

Nova confirmatio eo-

ea omnia,

1721.  
rum omni-  
um, quæ in  
præd. Cle-  
mentis Con-  
stitutione  
continentur.

Deputato  
Executorum  
præsentis  
Constitutio-  
nis.

Clausula spe-  
ciales.

ea omnia, & singula, quæ in antedictis præin-  
fertis literis ab eodem Clemente Prædecessore  
in commodum, favorem, ac utilitatem Uni-  
versitatis Studii generalis, & Collegii Doctorem  
prædictorum approbata, confirmata, concessa,  
disposita, ac statuta fuerunt, Nos similiter tenore  
præsentium amplissime approbamus, confirma-  
mus, concedimus, disponimus, atque statui-  
mus, eaque omnia, & singula ab omnibus,  
ad quos spectat, vel spectabit in futurum, incon-  
cussa, ac inviolabiliter perpetuo observari ex  
certa nostra scientia, & matura deliberatione,  
ac de Apostolica potestatis plenitudine volumus,  
decernimus, præcipimus, & mandamus.

§. 30. Quocirca universis, & singulis Archiepis-  
copis, Episcopis, Abbatibus, Canonici-  
s, & aliis Personis in dignitate Ecclesiastica  
constitutis, necnon modernis, & pro tempore  
existentibus Urbini Legato, & Vice-Legato, seu  
ejusdem Legationis Præsidi, & Camera Aposto-  
licæ Auditori, ac eorundem Archiepiscoporum,  
& Episcoporum Vicariis, seu Officialibus  
in spiritualibus generalibus per Apostolica scrip-  
ta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut  
unus eorum per se, vel alium, seu alios præ-  
sentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi  
& quando opus fuerit, ac pro parte illorum,  
aut alicujus eorum, quos ipsæ literæ concernunt,  
& concernent, fuerint requisiti, solemniter pub-  
licantes, eisque, & eorum cuilibet in præmissis  
efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant  
authoritate nostra omnes, & singulos, quos  
eadem Literæ quomodolibet concernunt, &  
concernent, ut præfertur, illis, & in eis conten-  
tis quibuscumque pacifice frui, potiri, & gaude-  
re: Non permittentes eorum aliquem desuper  
per Locorum Ordinarios, seu alios quoscum-  
que quomodolibet indebite molestari, pertur-  
bari, & inquietari, Contradictores quoslibet,  
& rebelles per sententias, censuras, penas Ec-  
clesiasticas, ac etiam pecuniarias illorum ar-  
bitrio imponendas, & applicandas penas, alia-  
que opportuna Juris remedia, appellatione post-  
posita, compescendo, ac censuras, & penas  
prædictas, legitimis super his habendis servatis  
processibus, etiam iteratis vicibus aggravando,  
& reaggravando, invocato etiam ad hoc, si opus  
fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 31. Non obstantibus omnibus, & singulis,  
quæ præfatus Clemens Prædecessor in prædictis  
suis literis decrevit non obstare, quæ Nos pari-  
ter, ac iterum non obstare decernimus, & man-  
damus, quibus omnibus, quoad ea, quæ præ-  
sentibus adversantur, illis alias in suo robore  
permanuris, ad præmissorum effectum harum  
serie specialiter, expresse, ac amplissime scientia  
deliberatione, & potestatis plenitudine pa-  
ribus derogamus, & derogatum esse volumus,  
cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 32. Volumus autem, ut earundem præsen-  
tium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam  
impressis manu alicujus Notarii publici subscrip-  
tis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate  
constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam  
in judicio, quam extra illud ubique ab omni-  
bus habeatur, quæ eisdem præsentibus habere-  
tur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 33. Nulli ergo omnino hominum liceat  
paginam hanc nostrarum approbationis, confir-  
mationis, statuti, decreti, mandati & dero-  
gationis infringere, vel ei ausu temerario con-  
traire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,  
indignationem Omnipotentis Dei, ac Bea-  
torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no-  
verit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno  
Incarnationis Dominicæ millesimo septingente-  
simo vigesimo primo, VII. Idus Maji, Pontificatus  
Nostri Anno Primo.

Conceduntur Privilegia & gratiæ Conclavitis po-  
stremi Conclavis.

*Eadem privilegia concessa fuere a Clem. XI. Const. ed.  
1700. Dec. 8. Pont. 1. Et a Bened. XIII. conce-  
duntur Const. ed. 1724. Jan. 4. Pont. 1.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.  
URBIS.

**M**Otu proprio, &c. Nos volentes dilectos  
filios Conclavistas, qui Conclavi, in quo  
divina favente clementia, ad Summi Apostolorum  
apicem assumpti fuimus, nobis, & Venerabili-  
bus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus uti fami-  
liares, & continui commensales interservientes  
interfuerunt; quique ea de causa labores, vigi-  
lias, & incommoda plura subierunt, habita ra-  
tione obsequiorum hujusmodi favoribus, gra-  
tiis, & privilegiis pro cujusque meritis exornare:

§. 1. Ipsosque Conclavistas, quibus hodie,  
ac aliis participantibus descriptis in Rolo, seu  
divisione subscripto, vel superscripta per dilectum  
filium Magistrum Gasparem de Carpineo Dara-  
rium nostrum, summam decem millium scuto-  
rum auri in auro ex pretio tot officiorum vaca-  
bilium ad nos spectan, gratiose donavimus, in  
veros, indubitatos, & non fictos familiares, &  
continuos commensales nostros, ac eos, qui ex  
illis clerici existunt, seu militia clericali adscribi  
desiderant, quosque tres hujusmodi Cardinales  
singulatim in quolibet ordine antiquiores, gra-  
du, nobilitate, & aliis meritis dignos tali di-  
gnitate judicaverint in nostros, & Sedis Apo-  
stolicæ Notarios, sine tamen præjudicio dilecto-  
rum filiorum de numero participantium Nota-  
riorum recipimus, & tam illos, quam alios Con-  
clavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tri-  
bus Cardinalibus digni tali honore reputati fue-  
rint, Sacri Palatii, & Aula Lateranensis Comi-  
tes, & Milites, & tam illos, quam omnes, &  
quoscumque alios Conclavistas indistincte, qui  
nobiles non sunt, nobiles quique Urbis, vel ali-  
cujus alterius ex Civitatibus temporalis dominio  
eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immedia-  
te subjectis Cives esse voluerint, singulos in ea  
ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum  
elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardina-  
libus se admitti perierit, veros Cives ad instar,  
& nulla prorsus differentia inter eos, & singu-  
los alios veros originarios, & antiquissimos  
etiam nobiles, & participantibus Cives ipsius Ur-  
bis, vel Civitatis; itaut ipsum jus civilitatis ad  
quoscumque illorum hæredes eodem modo tran-  
seat, creamus, constituimus, deputamus, ac  
nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & in-  
signiis decoramus, aliorumque familiarium,  
& continuorum commensalium nobis actu in  
Palatio nostro Apostolico interservientium, ac in  
illius tinello comedentium, & bibentium, ac  
nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum Pa-  
latii, & Aula prædictorum Comitum, militum  
& nobilium, ac civium hujusmodi originario-  
rum numero, & consortio favorabiliter aggre-  
gamus, ac pro veris, & indubitatis, & non fi-  
ctis familiaribus, continuis commensalibus, ac  
Notariis nostris, Comitibus, nobilibus, militi-  
bus, & civibus deinceps haberi volumus, ac  
reputari mandamus, eisque in quibuscumque  
impetrationibus, concessionibus, & literis, tam  
gratiam, quam justitiam separatim, seu utram-  
que mixtim concernen. sed familiares continuos  
Commensales, nostrosque Comites, milites,  
nobiles, & cives etiam originarios nominari,  
nec propterea impetrationes, concessionem, &  
literæ hujusmodi subreptionis vitio subiaceant,  
sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc dein-

II.

Dat. 18. Maji  
1721. ann. 1.

Causæ Indul-  
ti.

Donati seu.  
10. mil. auri.  
pro Concl.

Receptio in  
familiares.

Notarios.

Comites.

Cives.

ceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque ac prorsus similibus antelationum antelationibus, prerogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indulgentiis, ac iuribus, quibus alii nostri familiares tempore dicte Assumptionis nostrae ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiam habitum, & Rochetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, palatiique, & Aulae praedictorum Comites, milites, nobiles etiam originarii, ac antiquissimi cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut praefertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, & civi originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad ascensionem quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in iudicio, & extra sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium praedictorum, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite, valeant, realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiam in Urbe, & civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de vere nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo cive procreati forent, & hujusmodi prerogativae, privilegia, exemptiones, gratiae, favores, concessiones, indulgentiae, & jura, quae pro aliis nobilibus, & civibus originariis emanarunt, & quae ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariae aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

Exemptio a gabellis, decimis, & oneribus.

§. 2. Nosque Conclavistas praedictos a solutione, & exactione decimarum, & cujuscumque pedagii, subsidii, gabellae, & cujuscumque oneris tam ordinarii, quam extraordinarii ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Republicarum etiam Veneticarum, & aliorum quorumcumque Principum, impositorum, & imponendorum pro tempore, ex nunc prout extunc, & e contra, & postquam casus hujusmodi impositionis, & solutionis evenierit, liberamus, & eximimus, liberosque, & exemptos fore, & esse decernimus; districtius inhibentes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Thesaurario, Praesidentibus Clericis, ac quibuscumque aliis Officialibus Camerae praedictae, & Exactoribus pedagiorum, decimarum, subsidii, gabellarum, & onerum hujusmodi, ac aliis personis, cujuscumque Ecclesiasticae, vel saecularis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super praemissis, eorumve usu, possessione, vel quasi directe, vel indirecte quovis quaestio colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quomodolibet praesumant.

Abolutio a censuris.

§. 3. Necnon omnes eosdem Conclavistas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Constitutionibus super creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel alias quomodolibet incurrerunt in foro conscientiae tantum absolvimus, & libe-

ramus, ac omnes, & quoscumque defectus, si qui forte sint omnium provisionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorumdem Conclavistarum tam ex multiplicitate titularum, ac ob incursionem quarumcumque censurarum, & irregularitatis, quam alias, ex quavis causa provenien, sanamus, ac hujusmodi provisiones vigore eorum privilegiorum in foro conscientiae tantum, perinde ac si novas provisiones obtinuissent, revalidamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum cura, & sine cura beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis etiam cujusvis Ordinis Regularium per eos respective obientis, de novo etiam respective providemus, ac omnes, & singulas pensiones eis, & eorum singulis super quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus, &c. respective reservatas similiter de novo reservamus.

§. 4. Ipsisque Conclavistis, eorumque singulis quoscumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, Canonicatum, & praebendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, & quarumcumque pensionum annuarum ipsi, & eorum cuilibet collatorum, & reservatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum indebite perceptos cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam, ex eo quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia divina officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut alias in Divinis se immiscerint; quodque illa, & aliis praemissis non obstantibus ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, alias rite, & dummodo nullum aliud alicui eorum obstat Canonicum impedimentum promoveri, & in illis, & in susceptis per eos alias rite ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant, dispensamus.

Remissio fructuum male perceptorum.

§. 5. Ac eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam ex nobilissimis parentibus, & viribus feminis forsitan procreati sint, etiam si alias legitimitati existant, legitimum, omnemque ab illis geniturae hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, & cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen praedictis venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu alias de jure valida dispositione, & praeterquam in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus, succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad aequales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hereditates, legata, libertates restituendo, realiter, & cum effectu, ac ad dignitates, honores, & quaecumque alia officia saecularia publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstan, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ut Clericali charactere, qui illo nondum insigniti sint, insigniri, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum charactere, & ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti,

Legitimatio illegitimorum.

ac in eisdem ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualicumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesie, vel earum perpetue Vicarie, ac Canonicatus, & præbendæ, dignitates, non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituuntur in eisdem recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

Expediit  
literarum  
Apostolicarum  
gratis.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, & quævis aliæ literæ Apostolicæ provisionum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris Familiaribus continuis commensalibus, gratis dentur, concedantur, & expendantur, ac etiam literæ ipsæ in forma Brevis, tam de capienda possessione nomine dictæ Camere Apostolicæ, quam alias uti illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, & expendantur; ac dari, concedi, & expediri omnino debeant, etiam præcipimus, & mandamus.

Concessio  
antianitatis  
Equitibus  
Hierosolymitanis  
seu alterius  
militiæ.

§. 7. Ac Conclavistis prædictis, qui S. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius militiæ regularis etiam expresse professi sunt, ut etiam si ab eorum conventu absentes existent, dum tamen quinquennale, seu aliam debitam residentiam in conventu fecerint, & consueta servitia præstiterint quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, & quarumvis pensionum, & commendarum eorum militiæ, seu Religioni capaces existant perinde, ac si in eadem militia, seu Religione antianitatem de justitia consequuti fuissent similiter indulgemus. Eisdemque Conclavistis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, vel duarum insignium Urbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligen. seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis quarumcumque mensurarum Episcopaliū, Archiepiscopaliū, & Abbatialiū, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, & mercedis Dignitatum, Canonicatum, & Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum; etiam per prædictæ S. R. Ecclesie Cardinales obtentorum, & in posterum obtinendorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiam si semel, vel pluries translata, seu translata fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatæ, & extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam clericali charactere tunc temporis nondum insignitis cum clausula tamen ex tunc prout postquam dicto charactere rite insigniti fuerint per eosdem Conclavistas, & eorum singulos nominan. etiam quæcumque, quodcumque, & qua-

licumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen pensionum capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatæ, seu reservati erant etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu integre perfolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant; præfatique translata in quasi possessione dictas pensiones exigen. in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos præsentiam vigore facien. existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus pariter, & indulgemus. Etiam si similem gratiam a Prædecessoribus nostris alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, vel concessas esse volumus; itant quilibet eorum cumulative, & ampliati prædictis facultatibus præsentibus, & præteritis privilegiis, hac in re concessis, uti, & frui possint.

Ampliatio.

§. 8. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi, ut præfertur facien. ex nunc prout postquam facta fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia super quorum fructibus, redditibus, proventibus, aliisque hujusmodi reservata fuerint obtinentes ad illas perfolven. efficaciter obligatos fore: Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis etiam Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis etiam a prædictis S. R. E. Cardinalibus obtentis, & ut præfertur obtinendis, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatorum, & reservandarum habitum, & tonsuram Clericales gestare, & in illis, dummodo alias ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minuscule aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum penas occasione præmissorum incurrrere possint, sed easdem pensiones ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascenden. & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium jam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine recipere, & libere retinere.

§. 9. Postremo, quod bona quæcumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectant, & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam Canonicatum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen ac alias licite acquisita, & acquirere. etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia spoliis minime subjaceant: sed Conclavistæ prædicti etiam si Religioni alicujus Militiæ, etiam prædicti S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium etiam si Curiales esse deserint, & in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, & alias disponere, usque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere, libere, & licite valeant simili modo concedimus, &

Exemptio a  
spoliis. & fa-  
cultas testan-  
di.

indulge-

indulgemus, præcipientes, mandantes eidem S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis Camera noſtræ prædictæ, & quibuſvis aliis ſpoliorum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibuſvis aliis perſonis, tam ſæcularibus, quam regularibus cuiuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, & præminentię, etiamſi ſpeciali nota digni exiſtant, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclaviſtarum deſuper moleſtare audeant, ſeu præſument. Ac etiam decerentes donationes etiam per viam teſtamenti, & codicillorum per ipſos Conclaviſtas de eorum bonis huiusmodi facien. ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

§. 10. Nec eodem Conclaviſtas, eorumque aliquem ad præſentem motum proprium, ſeu literas ſuper præſentibus, ſi videbitur conſcien. in dicta Camera inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendum teneri, nec illum, ſeu illas etiamſi motus proprius, & literæ huiusmodi intra legitimum tempus inſinuatus, admiſſus, & regiſtratus non fuerit, ſeu illæ inſinuata, admiſſæ, ſeu regiſtrata non fuerint propterea minus validum, ſeu validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus forſi debere; ac Motum proprium, & literas huiusmodi, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, ſeu moderarentur, quæ a nobis, & a dicta Sede, & pro tempore, & de quibuſvis cauſis etiam urgentiſſimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, etiam conſiſtorialiter, vel alias quavis auctoritate hætenus, vel in poſterum emanaverint minime comprehenſum, vel comprehenſas eſſe, ſed quoties illæ emanabant toties eum, & eas in priſtinum ſtatum reſtitutum, re-poſitum, & reintegratum, ſeu reſtitutas, re-poſitas, & reintegratas eſſe cenſeri.

§. 11. Et inſuper cum dilectus filius Abbas Joannes de Spinola Vicarius clericus Toletan. ſeu alterius Civitatis, vel Diœceſis, tanquam dictorum Conclaviſtarum Procurator, in præmiſſis ſedulam pro eis operam niverit, propterea, & aliorum meritorum ſuorum, & obſequiorum Nobis, & dictæ Sedi impenſorum intuitu, volentes ipſum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, eidem Joanni, licet ipſe in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus & ſingulis ſupradictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præminentis, indultis, exemptionibus, cæteriſque præmiſſis (non tamen quoad participationem decemmillium ſcutorum auri huiusmodi per nos ut ſupradictis Conclaviſtis donatorum, & inter eos, ut præfertur diſtributorum, ſeu diſtribuendorum) tanquam Conclaviſta frui, & gaudere, & libere, & licite poſſit, & valeat, perinde, ac ſi Conclavi huiusmodi vere, & realiter interfuisset, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque ſupradictis, & aliis contrariis nequaquam obſtan. motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus de ſpeciali gratia indulgemus. Sicque per quocumque Judices etiam Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet in quavis cauſa aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritumque &c. attentari.

§. 12. Et inſuper Venerab. fratri noſtro Franciſco Oſtien. & Veliternen. Cardin. Barberino nuncupato ejuſdem S. R. E. Vicecancellario, & Literarum Apoſtolicarum Summatori, necnon dilectis filiis Secretariis Apoſtolicis, Præſidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos literarum prædictarum deſuper conſiciendarum ex-

pediſio per viam ſecretam quomodolibet ſpectat & pertinet, ſub pœna indignationis noſtræ Motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut prædictas literas ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis tam conjunctim, quam ſeparatim pro ſingulis, quibus conceſſæ fuerunt, ac ſeorſim, & ſeparatim cum omnibus, & quibuſcumque derogationibus, decretis, & clauſulis in eis conceſſis gratis etiam quoad compoſitionem in Dataria noſtra, & per eandem viam ſecretam abſque alio mandato expediant, & expediri faciant. Inſuper omnia, & ſingula privilegia, gratias, & conceſſiones eidem Conclaviſtis, & eorum cuilibet a diverſis ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris huc uſque conceſſa, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conſirmamus, & approbamus, ac de novo liberaliſſime concedimus.

§. 13. Non obſtantibus præmiſſis, ac de certo eorumdem Notariorum numero etiamſi ad illum non fit devenum, ac Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de præſtan. conſenſu in penſionibus, & ſel. record. Pii Papæ V. de ſimilibus, & diſſimilibus gratiis in d. Camera infra tres meſes præſentandis, & regiſtrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum contra illegitimos, necnon Piſtaven. Concilii, ac noſtris, & Cancellariæ prædictæ regulis, etiam in craſtinum dictæ Aſſumptionis Noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem editis, & in prædicta Cancellariæ publicatis, ac etiam in univerſalibus, & provincialibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum etiam S. Joannis Hieroſolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Camera prædictæ, & quarumvis univerſitatum etiam juramento &c. roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, naturis, & decretis, & novis reformationibus, etiam legibus tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac ſacris Canonibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac locis quibuſcumque in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſvis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciffimis, & inſolitibus clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam vim contractus, & ſtatuti perpetui continentibus, ac etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium conceſſis, conſirmatis, approbatis, & innovatis juribus omnibus, quibus omnibus &c. etiamſi de illis &c. eorum tenores &c. illis alias &c. permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunitis.

Fiat Motu proprio M. A.

ET cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod obſtantia etiam beneficialibus Conclaviſtarum, & ab eis ſubrogati huiusmodi, & diſpenſationes, ac indulta habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint in literis, & in caſibus regulæ de inſordeſcen. cum opportuna illius necnon alterius regulæ de non tollen. jure quaſito derogatione, & quarumcumque aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & ſtatutorum, ac privilegiorum populi Romani, & Cluniacen., Ciſterciën., S. Benedicti, S. Auguſtini, & aliorum Ordinum, & Militiarum etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & Eccleſiis, Monaſteriis, Civitatibus, & locis, & perſonis, & dominis temporalibus ſub quibuſcumque verborum formis,

Ab inſinu-  
tione in Ca-  
mera.

Comprehen-  
ſio procura-  
toris in pri-  
vilegiis.

Expediſio  
gratiola, &  
per viam ſe-  
cretam.

Derogatio  
contrario-  
rum.

ac cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores &c. latissime, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit exprimi possint, & cum suspensione quarumcumque gratiarum, indulgentiarum quibusvis ordinariis collatoribus conferendi beneficia Ecclesiastica etiam reservata ad eorum collationem &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissime extenden. ita ut omnia tollantur, & quod sola presentis Motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, in iudicio, & extra, regula contraria non obstat, & quod premissorum omnium, & singulorum indulgentiarum, concessionum, gratiarum, derogationum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus, Dioc., patria, & cetera requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint inter eos Sacrista, & Magistri Cereemoniarum Capellane Nostrae, necnon Secretarius Collegii eorundem Cardinalium, & ceteri alii in notula per ipsos Magistros Cereemoniarum facta, & descripta adnotati, & descripti, si alias ad pensiones, & beneficia huiusmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur simul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedien.

Transumptorum fides.

§. 14. Volumus autem, quod literarum super presentibus sciendarum, seu presentis Motus proprii transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, & subscriptis eadem fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae originalibus literis, seu presenti Motui proprio originali adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae, aut exhibitus, vel ostensus foret. Fiat. M. A.

Datum Romae apud Sanctum Petrum quinto decimo Kalendas Junii Anno Primo.

*Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt haec quae sequuntur.*

**R**everendissimus Dominus Frater Augustinus Nicolaus de Abbatibus Oliverius Pisarenis Episcopus Targensis Sacrista.

R. P. D. Dominicus Rivera Urbinae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe Canonicus U. S. R., ac S. Collegii Secretarius.

Joannes Baptista Gambarucci Presbyter Romanus ejusdem Basilicae perpetuus Beneficiarius.

Ignatius Reali Clericus Romanus ejusdem Basilicae Beneficiarius Coadjutor.

Franciscus Borsa Presbyter Novocomensis Canonicus Insignis Collegiatae Sanctae Mariae de Rotunda.

Venantius Philippus Pierfanti Presbyter Camerinen. praedictae Insignis Collegiatae Canonicus Magister Cereemoniarum.

Franciscus Ignatius Ferranti Presbyter Aesinus. Mattheus Scaglioni Presbyter de Volentano Montis Falisci Diocesis. Bartholomaeus Moglia Laicus Romanus Nostri dum Cardinalatus honore fungebamur.

Felix Solatus Presbyter Rossanensis, & Vicarius Generalis Ostiensis. Joseph Lamblotte Laicus Nemurcen. Diocesis. Sebastiani Antonii Episcopi Ostiensis Tanara.

Franciscus Antonius Fini Presbyter Minerien. Metropolitanae Ecclesiae Beneventanae Archipresbyter. Nicolaus Xaverius Sancta Maria Diaconus Mansionarius praedictae Metropoli-

tanæ. Fratris Vincentii Mariae Episcopi Portuen. Urfini.

Abbas Laurentius Pius Bonifus Clericus Florentinus. Franciscus Judice Laicus Hungarus Francisci Episcopi Tusculani Judice.

Livius Guarinus Laicus Foroliviensis. Bartholomaeus Fantinus Laicus Mutinensis. Fabricii Episcopi Albanensis Paulatii.

Joannes Antonius Vendettuoli Presbyter Venafrensis. Jacobus Collez Clericus Leodien. Diocesis. Franciscus Siciliani Laicus Barenfis. Francisci Episcopi Sabinensis Pignattelli.

Franciscus Velli Presbyter Praenestinus Basilicae Principis Apostolorum perpetuus Beneficiarius. Petrus Cheller Clericus Amburgensis. Francisci Episcopi Praenestini Barbarini Vener. Fratrum nostrorum Episcoporum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium.

Abbas Joseph Maria Benveduti Clericus Eugubinus. Marcus Mittrarelli Laicus Civitatis Ducalis. Franciscus Gotti Presbyter Bononiensis. Jacobi Tituli Sanctae Mariae in Via Boncompagni.

Comes Philippus Rayaaldus a Turre Presbyter, & Abbas Albenfis Eques Commendatarius, & Receptor S. Religionis Sanctorum Mauriti, & Lazari. Jacobus Antonius Carpanus Presbyter Dernotensis. Alexander Joannes Andrassini Laicus Romanus. Josephi Tituli Sanctae Praxedis Sacripantes.

Bartholomaeus Claricus Presbyter Anconitanus. Camillus Scola Philosophiae, ac Medicinae Doctor Bassanensis. Joannes Antonius Spoladori Laicus Tarusinus. Georgii Tituli Sanctorum XII. Apostolorum Cornelii.

Jacobus Leoni Presbyter Signinae Diocesis. Joseph Maria Cardoni Laicus Lucensis. Laurentii Tituli Sancti Petri ad Vincula Corfini.

Antonius Aga Presbyter Romanus. Andreas Campanella Laicus Balneoregenfis. Franciscus Maria Serra Laicus Romanus. Francisci Tituli Sanctae Ceciliae de Aquaviva.

Abbas Bartholomaeus Castelli J. U. D. Clericus Interamnenfis. Laurentius Folchi Clericus Diocesis Albanensis. Thomae Tituli Sanctae Mariae Transtiberim Ruffi.

Petrus Antonius Ventura Presbyter Camerinenfis Canonicus Insignis Collegiatae Sanctae Mariae in Via lata. Nicolaus Carignani Laicus Lucensis. Horatii Philippi Tituli Sancti Honorii Spadae.

Mauritius Jacquin Laicus Parisiensis. Antonius Lori Laicus de Prato Diocesis Afulan. Philippi Antonii Tituli Sancti Chrysogoni Gualterii.

Crescentius Maschi Laicus Urbinae. Antonius Maria Giulietti Presbyter Auximanus. Carolus de Rubeis Clericus Romanus. Josephi Tituli Sanctae Mariae Angelorum Vallemani.

Abbas Paulus Antonius Polfi Clericus Foroliviensis. Dominicus Alexander Bugiani Laicus Romanus. Joannis Dominici Tituli Sanctae Anastasiae Paracciani.

Michael Angelus Magnoni Presbyter ex Diocesi Sancti Miniati. Petrus Canevari Laicus Romanus. Caroli Augustini Tituli Sancti Augustini Fabroni.

Comes Livius Adrianus Presbyter J. U. D. Collegiatus Patavinus. Comes Antonius Mantua Laicus Patavinus. Petri Tituli S. Marci Priuli.

Joannes Baptista Rondoni Presbyter Bononiensis Sacrae Theologiae Doctor, ac Perinsignis Collegiatae Sancti Petronii Bononiae. Jacobus Philippus Lazari Laicus Bononiensis. Ulyssis Josephi Tituli Sanctae Crucis in Hierusalem Gozzadini.

Joseph Castellucci Presbyter Civitatis Pontentiae. Joseph Cardini Laicus ex Civitate Aretii. Joannes Baptista Innocentii Clericus Sabienfis. Ludovici Tituli Sancti Sylvestri in Capite Pici.

Antonius Leproti Physicae, & Medicinae Doctor Laicus Bononiensis. Joannes Stacchini

Laicus

Laicus de Bonifacio Jannen. Joannis Antonii Tituli Sancti Calisti de Via.

Abbas Jacobus Antonius Daffico Presbyter Jannen. Hieronymus Calzi Laicus Romanus. Augustini Tituli Sanctae Mariae de Populo Cusani. Salvator de Rubeis Clericus Romanus. Joseph Hassuer Laicus Helvetus Solodorensis. Julii Tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna Piazza.

Angelus de Gianneskys a Castroplani Presbyter Clusinae Diocesis Abbas Sancti Blasii. Urbanus Garofoli Laicus Romanus. Antonii Felicis Tituli Sanctae Balbinae Zonedarii.

Abbas Caesar Ondedei Presbyter Eugubinus Basilicae Sanctorum Laurentii, & Damasi de Urbe Canonicus. Thomas Puccetti Clericus Romanus. Joannis Baptistae Tituli Sanctae Mariae in Araceli Bussi.

Thomas de Cecchottis Clericus Reatinus. Franciscus Maria Lucca Laicus Romanus. Petri Sancti Joannis ante Portam Latinam Corradini.

Michael Petit de Ravannes Presbyter Diocesis Parisiensis Abbas Commendatarius Monasterii in Arganna Diocesis Catalaunensis. Joannes Vivant Presbyter Parisien. Diocesis Canonici Honorarius Ecclesiae Metropolitanae Parisiensis. Franciscus Soldinus Florentinus. Armandi Cardinalis de Rohan.

Comes Franciscus de Schrottembach Laicus ex Tyria. Matthias Breugeisen. Presbyter Vionensis. Franciscus Gistel Laicus Tridentinus. Wolphangii Annibalis Tituli Sancti Marcelli Serottembach.

Andreas Boccacani Presbyter Narnien. Diocesis. Liborius Cagliati Florentinus Societatis Jesu Laicus. Joannis Baptistae Tituli Sancti Stephani in Caelio Monte Ptolomei.

Abbas Antonius Sartoni Clericus Ariminensis. Cajetanus Bononi Laicus Novocomensis. Benedicti Sanctorum Nerei, & Archillei Odefcalchi.

Ludovicus Guido Guerapin. de Vaureal Presbyter Senonensis Doctus Sorbonicus. Petrus Guerin de Tencin Presbyter Gratianopolitanus, Rector, & Socius Sorbonicus. Abbas Vezeliensis Ecclesiae Senonen. Archidiaconus major. Petrus Julien. Laicus Diocesis Agathensis. Henrici Cardinalis de Bissy.

Felix Rosa Pepe Presbyter Abelliensis Diocesis Canonicus Averfanus. Bernardinus de Benedictis Laicus Spoletanus. Innicci Tituli Sancti Thomae in Parione Caraccioli.

Antonius Pierfantes Clericus Conjugatus Camerinen. Diocesis. Nicolaus Corbellus Laicus Romanus. Bernardi Tituli Sancti Petri in Monte Aureo Scotti.

Joseph Caracciolus Laicus Neapolitanus. Marcus Ricciatoli Laicus Romanus. Nicolaus Belarducci Laicus Capuanus. Nicolai Tituli Sancti Martini in Montibus Caraccioli.

Abbas Hieronymus Cardoni Presbyter Lucensis Basilicae Principis Apostolorum perpetuus Beneficiatus. Joseph Frifelli Laicus Romanus. Joannis Baptistae Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Patritii.

Comes Joannes Fabius de Braschis J. U. D. Clericus Cesenatenensis. Ludovicus Mosconus Laicus Perusinae Diocesis. Nicolai Tituli Sancti Sixti Spinulae.

Abbas Hieronymus Crivelli Presbyter Mediolanensis. Ioseph Fragiotti Laicus Romanus. Giberti Tituli Sancti Alexii Borromei.

Joannes Franciscus Bassel Diocesis Moguntinae, ejusque Canonicus ad Gradus B. M. V. Emericus Gabriel Comes Esterbafis Diocesis Strigoniensis Canonicus Pofoniensis Praepositus B. M. in Rath. Joannes Ziell Diocesis Constantinensis. Emerici Cardinalis Czakij.

Joannes Paulus Mercantilius Clericus Romanus. Constantinus Crimaldus Laicus e Regio Lepidi. Georgii Tituli Sanctae Agnetis Spinulae.

Hieronymus Marelli Laicus Ferrariensis. Franciscus Quercioli Laicus Imolen. Cornelii Tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Bentivoli.

Comes Ludovicus Emmanuel de Ghistel ex Marchionibus S. Florae Abbas, & Clericus Attrebatensis. Abbas Gaspar Ruggia Clericus Romanus Basilicae Principis Apostolorum Beneficiatus Coadjutor. Philippi Thomae de Bausu Cardinalis de Alfatia.

Vincentius Margarita J. U. D. Presbyter Brixiensis. Joannes Danielis Laicus Cenedensis. Joannis Francisci Tituli Sanctorum Marcellini, & Petri Barbadi.

Josephus Emidius de Grassis Clericus Afulanus. Joannes Bianchini Clericus Afulanus. Joannes Bianchini Clericus Mediolanensis. Joannes Georgius Grau Hungarus. Michaelis Fridrici Tituli Sanctae Sabinae de Althan.

Philippus Ortenfius Fabri Clericus Conjugatus Romanus. Arnoldus de Paulis Laicus Leodiensis. Joannis Baptistae Tituli S. Priscae Salerni.

Gabriel Lopez Viegea Clericus Lusitanus Civitatis Elviae. Joannes Franciscus Verveda Clericus Barchinonensis. Alvari Cardinalis Cienfuegos, Presbyterorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium.

Joannes Baptista Filippini Presbyter Romanus. Augustinus Luppachioli Clericus Galleffi Diocesis Civitatis Castellanae. Franciscus Titii Laicus Vallisfontanae Diocesis Segninae. Benedicti Sanctae Mariae in Via lata Pamphili.

Joannes Antonius Coltrolini Clericus Conjugatus Romanus. Alexander Perazzoli Laicus Neapolitanus. Petri Sancti Laurentii in Damaso Orthoboni.

Abbas Lucas Nicolaus Recchi Clericus Ripanus. Joannes Argenti Laicus Romanus. Josephi Renati Sancti Georgii Imperialis.

Andreas Jantuen. Laicus Praenestinus. Petrus Buccardus Laicus Romanus. Laurentii Sancti Nicolai in Carcere de Alteriis.

Abbas Christophorus Venturrelli Clericus Amerinus. Hieronymus Georgii Laicus Pisanus. Caroli Sancti Angeli in Foro Piscium Columnae. Carolus Ancajanus Laicus Spoletanus Eques Commendatarius Sacrae Religionis Sanctorum Mauritii, & Lazari. Franciscus Blancus Laicus Viadamen. Diocesis Mantuanae. Annibalis Sanctae Mariae in Cosmedin Albani.

Ubaldo Monacelli Presbyter Eugubinae Diocesis. Augustinus Cincielli Laicus Castellanae Diocesis. Curtii Sancti Eustachii Orighi.

Ermannus Adamus Tenantevich. Philopolitanus. Fredericus Antonius Gunter Presbyter Moguntinus. Joannes Georgius Mesbach Laicus Manoziavalensis Herbipolen. Diocesis. Damiani Cardinalis Schonborn.

Marchio Joannes Thaddaeus Canalis Laicus Reatinus. Laurentius Buffonus Romanus Clericus Conjugatus. Fabii Sanctorum Viti, & Modesti Oliverii.

Joannes Mattheus Niccioli Clericus Pifaurensis. Franciscus Gambirasi Laicus Romanus. Julii Cardinalis Alberoni, Diaconorum S. R. E. Cardinalium.

Frater Magister Hieronymus Maria de Allegris Florentinus Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis.

Frater Magister Joannes Baptista Amadeus Lucensis Ordinis Eremitarum S. Augustini Sacrista.

Comes Petrus Donarellus a Ruere ex Marchionibus Orciani, Laicus Anconitanus, Custos Fontis, & Aquarum Conclavis.

Urbanus Bizxani Laicus Romanus cum praedicto Reverendissimo Episcopo Targensi Sacrista. Joannes Oliva Presbyter Rhodiginus cum dicto R. P. D. Rivera Sacri Collegii Secretario.

Vincentius de Appolloniis Presbyter Afnus cum dicto R. P. D. Rivera Sacri Collegii Secretario.

Frater Jacobus Curtius Laicus Urbinas cum dicto Fr. Magistro Amadeo Subsecretario.  
Michael Angelus Pauli Pisarenfis. Joannes Baptista Nucarini Fulginas Medici Physici.  
Victorius Masinus Florentinus.  
Jacobus Mansuetus Romanus Aromatarius. Jacobus Antonius Bassius Mantuanus. Joannes Baptista Varola Mantuanus ejus Auxiliatores.  
Joseph de Ambrosius Romanus. Dominicus Adrovizi Urbinas Barbitonfores. Dominicus Borgiasti Romanus. Heronymus Gatti Calaber eorum Auxiliatores.  
Antonius Ravasi Faberlignarius. Petrus Paulus Alfieri Faberementarius.  
Franciscus Mossius a Morbegno Novocomensis Dioecesis Famulus Magistrorum Cereconiarum.  
Dominicus Fantoni.  
Carolus Antonius Sala.  
Joseph Pichigno.  
Petrus Giannini.  
Joseph Antonius Finiti.  
Joseph Barzotti.  
Franciscus Vattani.  
Stephanus Orlandi.  
Constantinus Cichelli.  
Angelus Davegio.  
Joannes Giorgetti.  
Jacobus Boscheroli.  
Bartolomæus Isola.  
Cæsar Giuliani.  
Franciscus Bruni.  
Philippus Mezzarota.  
Bernardinus Scaletta.  
Joannes Valeva.  
Joannes Baptista Ricci.  
Joannes Petrus Giorgi.  
Petrus Lancetta.  
Gregorius Crivelli.  
Marcus Lamboni.  
Andreas Giuliani.  
Joannes Baptista Goldoni.  
Joannes Franciscus Gonnella.  
Paulus Bettoli.  
Remigius Valena.  
Paschalis Guerdi.  
Marcus Antonius Guarnacci.  
Martinus Dominici.  
Dominicus Picchi.  
Jacobus Matthias Bartolini.  
Bartholomæus Pascucci.  
Scopatores Conclavis.

III. Conceduntur Privilegia & Indulta Dapiferis potestati Conclavis.

*Eadem Privilegia concessa fuere ab Inn. XII. Conf. edit. 1691. Jul. 15. Pont. 1. a Clement. XI. Conf. edit. 1709. Decemb. 8. Pont. 1. Et a Bened. XIII. conceduntur Conf. ed. 1724. Jun. 4. Pont. 1.*

Dat. 18. Maji  
1721. Ann. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

U R B I S.

Causa Indulti.

**M**Otu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilas, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratis, & privilegiis pro cujuscunque meritis exornare, ac eisdem Dapiferos, & eorum singulos.

§. 1. Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis nobis super hoc oblatâ petitionis instantiam sed de mera liberalitate, certa que scientia nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos commensales nostros, & eos qui ex illis Clerici existunt, seu militia Clericali adscribi desiderant, quosque res ex præfatis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præsentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aula Lateranen. comites, & milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistincte, qui nobiles non sunt, nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierint, veros cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros originarios, & antiquissimos, & nobiles participantes cives ipsius urbis, vel civitatis.

§. 2. Itaut ipsum jus civitatis ad quoscumque in eorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & deputamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque familiarium continuorum commensalium nobis actu in Palatio nostro Apostolico servantium, & in illius tinello commendentium, & bibentium nostrorum, & Sedis Apostolicæ Notariorum, Palatiique, & Aula præfata comitum, militum, & nobilium, & civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus continuis commensalibus, ac Notariis nostris, comitibusque, & militibus, nobilibusque, ac civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, & literis; tam gratiam quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernen. se familiares, continuos commensales nostros, & comites, milites, nobiles, ac cives, & originarios nominari, nec propterea impetrationes, concessiones, & literæ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuscumque, prorsus similibus antelationibus antelationum, prerogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantibus, existentes, etiam si habitum, & Rocchetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique & Aula prædictæ comites, & milites, ac nobiles originarii, & antiquissimi cives ejusdem urbis, vel civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque parente vere nobili, ac cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias etiam per quascumque literas, seu constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in Judicio, & extra siue tamen eorundem Notariorum

Dapiferi creantur Commensales, & Notarii Apostolici.

Nobiles, & cives.

Jus Civitatis in hæredes transit.

riorum de numero participantum præjudicio; uti, frui, potiri, & gaudere libere, licite valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiam in urbe, & civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanant, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere, vigore presentium indulgemus.

A gabellis liberantur.

§. 3. Ac singulos Dapiferos præfatos a solutione, & exactione decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, & ex quantumque quantumvis urgentissima, & inexcogetabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impostarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus; necnon ipsis Dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, & proventus Ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis recitationis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitates fuerint gratiose remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, ut illa, & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines alias tamen rite promoveri, & in illis etiam susceptis alias rite per eos ordinibus etiam in Altaris Ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant, dispensamus.

Illegitimos legitimis natalibus restituit.

§. 4. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum natalium patiuntur ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, ac viribus feminis forsitan procreati sint, etiam si legitimi alias existant, legitimum, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restitimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen feudibus, & emphiteuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu alias de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, & successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Ad dignitates admitti jubet.

§. 5. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali characterem, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, & postmodum characterem, & ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & quæcumque cum cura, & sine

cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ; & Canonicatus, & præbendæ, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in illis recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

Expeditionem literarum gratis fieri mandat.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, ac presentes, & quævis aliæ literæ Apostolicæ, ac etiam in forma brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediuntur, tam de capiendâ possessione nomine Cam. Apostolicæ, quam in favore literarum Apostolicarum ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris Familiaribus, & continuis commensalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, præcipimus, & mandamus. Ac Dapiferis præfatis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quæcumque Pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensurarum Episcopali, Archiepiscopali, & Abbatiali, ac Dignitatum, & Canonicatum, & Præbendarum, caterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per S. R. E. Cardinales obtentorum, & impostorum obtinentorum cum cura, & sine cura, Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus, aliæque emolumenta, & distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias semel, vel pluries translata, seu translata fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam, uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis quocumque, quæcumque, & quæcumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma quibus eisdem Dapiferis reservata, seu reservati erant, etiam absque beneficiis hujusmodi obtinentium consensu, integre percipiendas, seu percipiendas, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendas, exigendas, levandas, reservare, constituere, & assignare valeant, ipsique translarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore presentium faciendæ, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur etiam concedimus, & indulgemus, etiam si similem gratiam a Prædecessoribus nostris alia forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus.

§. 7. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes Pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservata fuerint, obtinentes, ad illas perfolvendas efficaciter obligatos fore: ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut præferatur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, nunc, & pro tempore reservatarum, ac reservandarum, habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodo ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras, etiam privationis, seu cationis ipsarum pensionum ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præferatur, etiam matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere.

Bona ipsorum a spoliis liberat.

§. 8. Postremo quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam Canonicatum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, & licite acquisita, & acquirenda etiam in Urbe, ejusdem districtu, ac ubicumque existentia, spoliis minime subiaceant: sed ipsi Dapiferi etiam si Religioni alicujus Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium, etiam curiales esse deserint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, testari, & alias disponere, eisque ab intestato decedentibus eorum hæredes quicumque succedere libere, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Eximit a molestiis.

§. 9. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsentibus, Clericis Camerae nostræ Apostolicæ, & quibuscumque aliis spoliatorum hujusmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu præsumant: ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Testamenti, & codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de jure servandis, faciendas semper, & perpetuo validas, & efficaces fore, nec eosdem Dapiferos, eorumque aliquem ad literas super præsentibus conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrarum petendum teneri, nec illas etiam si intra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censerem, sed suos plenarios effectus sortiri debere, eisdemque præsentibus, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ a nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hætenus, vel imposterum emanaverint, minime comprehendere, sed quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum repositas, & reintegratas esse, & censerem: sicque

per quoscumque Judices etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes, in quavis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & diffiniri debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Et insuper dilectis filiis Rescribendario, & Computatori Collegii Scriptorum literarum Apostolicarum, & aliis, ad quos earundem literarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena indignationis nostræ, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus mandamus, ut easdem præsentibus, & forsan alias literas super præmissis omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro ubique in omnibus Officiis etiam abbreviatorum, sollicitorum, Secretariorum plumbi, & registri absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciem, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expédiant, & expédiri faciant.

Expeditio-  
nem gratio-  
sam mandat.

§. 11. Non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo Notariorum numero, etiam si ad illum non sit devenum, quibus alias per præsentibus non intendimus derogare, ac regula nostra de præstando consensu in pensionibus, ac felicis recordationis Pii Papæ IV. prædecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratis in Camera Apostolica infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam prædecessoris nostri contra illegitimos, ac Pictaven. Concilii, & aliis Apostolicis, ac etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, & Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Camerae prædictæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, Superioribus, ac personis, & locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus, ac etiam consistorialiter, ac alias forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis inter alia disponen. quod beneficia Urbis non nisi personis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militiarum expresse professis, conferri, & commendari soleant, quibus omnibus, etiam si alias pro eorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie Motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Contrariis  
derogas.

Fiat Motu proprio M. A.

Et

Et cum absolute a censuris ad effectum, &c. & in casibus regulæ de infortescentibus cum oportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, aliisque necessariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus sit, & quod indulgentiarum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, & singulorum major, & verior specificatio, & expositio fieri possit in literis, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Dioceses, Patriæ, & alia requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint juxta notulam per ipsos seu eorum Deputatos confectam simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire, &c.

§. 2. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo, & manu alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides, tam in judicio, quam extra illud, adhibeatur, quam originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Volumus autem, quod sola præsentis Motus proprii nostri Signatura sufficiat, ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Fiat. M. A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Quinto decimo Kalendas Junii Anno Primo.

Nomina Eminentissimorum Dominorum Cardinalium, & Dapiferorum sunt hæc, quæ sequuntur.

**M**ICHAEL ANGELUS DE COMITIBUS nunc INNOCENTIUS XIII. Romanus.  
Abbas Casar Meniconi.

#### EPISCOPI VI.

Sebastianus Episcopus Ostien. Sacri Collegii Decanus Cardinalis Tanara Bononiensis. Franciscus de Bic Eques S. Jacobi Bruxellensis.

Fr. Vincentius Maria Episcopus Portuen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Orsini Romanus. Balthasar Coscia Beneventanus.

Franciscus Episcopus Tusulanus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Judice Neapolitanus. Camillus Marchio Penna.

Fabritius Episcopus Albanen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Paulutius Foroliviensis. Comes Nicolaus Maria Saxatellus.

Franciscus Episcopus Sabinen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Pignatellus Neapolitanus. Abbas Joannes Baptista Zoli.

Franciscus Episcopus Prænestinus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Barberinus Romanus: Dominicus Gregorius Passerini de Nursia.

#### PRESBYTERI.

Jacobus Tituli Sanctæ Mariæ in Via Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Boncompagni Archiepiscopus Bononien. Romanus. Antonius Gabriellus Romanus.

Joseph Tituli Sanctæ Praxedis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Sacripantes Narniensis. Abbas Romualdus Risi Narniensis.

Gregorius Tituli Sanctorum XII. Apostolorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cornelius Episcopus Patavin. Venetus. Joannes Franciscus Ragia Romanus.

Laurentius tituli Sancti Petri ad Vincula Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Corsinus Florentinus. Philippus Acciajoli Florentinus.

Franciscus Tituli Sanctæ Ceciliæ Cardinalis de Aquaviva Neapolitanus. Marchio Mattheus Sacchetti Romanus.

Thomas Tituli Sanctæ Mariæ Transtiberim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Ruffi Episcopus Ferrarien. Neapolitanus. Marius Canjacchi Amerinus.

Horatius Philippus Tituli Sancti Honuphrii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Spada Episcopus Auximan. Lucensis. Joannes Antonius Leoni Romanus.

Philippus Antonius tituli Sancti Chrysogoni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Gualterii Urbevetanus. Fortunatus Malvezzi.

Joseph Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Vallemani Fabrianensis. Franciscus Maria della Volpe.

Joannes Dominicus Tituli Sanctæ Anastasiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Paracciani Romanus. Comes Joseph Mastais de Ferrettis.

Carolus Augustinus Tituli Sancti Augustini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Fabronus Pistoriensis. Franciscus Bini Florentinus.

Petrus Tituli Sancti Marci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Priuli Venetus. Commendator Franciscus Columna.

Ulysses Joseph Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Gozzadini Episcopus Imolen. Bononien. Comes Alphonsus Servantii.

Ludovicus Tituli Sancti Silvestri in Capite Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Picus Episcopus Senogallien. de Mirandola. Abbas Dominicus de Therry Hybernus.

Joannes Antonius Tituli Sancti Calisti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Via Episcopus Ariminensis Bononiensis. Comes ... Lignani.

Augustinus Tituli Sanctæ Mariæ de Populo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cusani Episcopus Papien. Mediolanensis. Antonius Facchinetti.

Julius Tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Piazza Episcopus Faventinus Foroliviensis. Vincentius Terdotius.

Antonius Felix Tituli Sanctæ Balbinæ Cardinalis Zonzedarius Senensis. Abbas Ludovicus Anguissola.

Joannes Tituli Sanctæ Mariæ in Ara-Cali S. R. E. Cardinalis Bussi Episcopus Anconitanus Viterbiensis. Benedictus Bussi Viterbiensis.

Petrus Tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Corradinus Serinus. Franciscus Buccapadulius Romanus.

Armandus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Roban Episcopus Argentin. Gallus. Comes Ferdinandus Bolognetti.

Wolphangus Tituli Sancti Marcelli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Scrottenbach Episcopus Olomucen. Germanus. Marchio Hieronymus Lucinus Mediolanensis.

Joannes Baptista Tituli Sancti Stephani in Celio Monte S. R. E. Cardinalis Ptolomeus Pistoriensis. Petrus Testa-Jecca.

Benedictus Tituli Sanctorum Nerei, & Archilei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Odescalchi Archiepiscopus Mediolanensis. Comes Aloysius Turconus Mediolanensis.

Henricus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Bissy Episcopus Meldensis Gallus. Abbas Franciscus Cajetanus Thomatus Romanus.

Innicus Tituli Sancti Thome in Parione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Caraccioli Episcopus Aversanus Neapolitanus. Bartholomæus Mello Aversanus.

Bernardinus Tituli Sancti Petri in Monte Aureo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Scotti Mediolanensis. Philippus Ernestus de Bruggen. ex liberis nobilibus Ducatus Curlandiæ.

Nicolaus Tituli Sancti Marini in Montibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Caraccioli Archiepiscopus Capuanus Neapolitanus. Jacobus Amadori olim Lamfredini Florentinus.

Joannes

Transumptio-  
rum fides.

Joannes Baptista Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Patritius Romanus. Marchio Patritius Patritius Romanus.

Nicolaus Tituli S. Sixti Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Spinula Jannensis. Orlandus Eques de Catenaccia.

Giberius Tituli Sancti Alexii Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Borromeus Episcopus Novariensis. Comes Constantinus Pagani Civitatis Ducalis.

Emericus S. R. E. Cardinalis Czaky Episcopus Hungarus. Philippus Jacobus Caffer Colonien. Diocesis &c. Decanus Collegiatae Sancti Gregorii Colonien.

Georgius S. Agnetis S. R. E. Cardinalis Spinula Jannensis. Thomas Ioldus Spoletan. Diocesis.

Cornelius Tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bentivoli Ferrariensis. Abbas Joseph Asevolinus Romanus.

Philippus Thomas S. R. E. Cardinalis de Bossu de Alsatia Archiepiscopus Mechliniensis Flandrus. Comes Joannes Petrus de Azuis.

Joannes Franciscus Tituli Sanctorum Marcellini, & Petri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Barbadius Episcopus Brixienis Venetus. Marchio Horatius Lancellotti Romanus.

Michael Fridericus Tituli S. Sabinae S. R. E. Cardinalis de Alban Episcopus Vaccien. Germanus. Julius Gabriellus Romanus.

Joannes Baptista Tituli Sanctae Priscae Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Salerni Consentinus, Joseph Balinucci Lucensis.

Alvarus S. R. E. Cardinalis Cienfuegos Asturians. Caesar Eques Herculanus.

DIACONI X.

Benedictus Sanctae Mariae in Via lata primus Diaconus S. R. E. Cardinalis Pamphylus Romanus. Michael Angelus Fagnani Romanus.

Petrus S. Laurentii in Damaso S. R. E. Cardinalis Ottobonus Venetus. Fr. Benedictus de Fabris Eques Hierosolymitanus.

Joseph Kenatus Sancti Georgii S. R. E. Cardinalis Imperiali Jannensis. Laurentius Barbari.

Laurentius S. Agathe S. R. E. Cardinalis de Alteris Romanus. Marchio Paulus de Drago Romanus.

Carolus & Angeli in foro piscium S. R. E. Cardinalis Columna Romanus. Fabritius Sabellus Romanus.

Annibal S. Mariae in Cosmedin S. R. E. Cardinalis Albanus Urbinas. Philippus Baro de Scarlattis Romanus.

Curtius S. Eustachii S. R. E. Cardinalis Orighi Romanus. Canonicus Nicolaus Maria Orighi Romanus.

Damianus S. R. E. Cardinalis de Schonborn. Germanus. Wilhelmus Henricus liber Baro de Boufcrodt Germanus.

Fabius Sanctorum Viti, & Modesti, S. R. E. Cardinalis Oliverii Pisarenensis. Joannes Andreas Oliverii Pisarenensis Eques Sancti Stephani.

Julius S. R. E. Cardinalis Alberoni Parmensis. Joannes Andreas Pieri Lucensis.

I V.

Conceduntur Privilegia Familiaribus Sanctitatis Suae.

Eadem Privilegia concessa fuere a Clem. XI. Const. ed. 1701. April. 5. P. 1. Et conceduntur a Benedicto XIII. Const. ed. 1724. Dec. 15. P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Venerabilibus Fratribus Sinibaldo ab Auria Patracen. Cubiculi Nostri Praefecto, Pro-

Dat. 26. Maji  
1721. An. 1.  
Nomina Familiarium.

spero Marefusco Caesariensis. Auditori Nostro, & Nicolao Augustino de Abbatibus Oliverio Episcopo Porphyrien. Sacrae Nostri, ac dilectis Filiis Magistris Nicolao Judice Neapolitan. Palatii Nostri Apostolici respective Praefectis, Bartholomaeo Ruspulo Romano Notario Protonotario nuncupato de numero Participantium, libellorum supplicum Nobis porrectorum, Dominico Rivera Urbinaten. notarum arcanarum, & Dominico Passionei Forosempronien. Epistolarum Latinarum respective Secretariis in utraque Signatura nostra Referendariis, necnon Caesari Menicono Perusin. Pincerna, Joanni Philippo Bandino Camerinen., Franciscus Ignatio Ferranti Massaliensi Aesinae Diocesis Eleemofynario Secreto, Philippo Magnono Romano, Antonio Tafca Thearin. Vestitario, Matthaeo Scaglione a Valentano Montis Falisci Diocesis, Literarum nostrarum in forma Brevis, quae ad Principes scribuntur, Secretario, Paulo Caesio Romano, Riccardo a Balneo Mantuan., Nicolao Michelangeli Senogallien. Diocesis Medico Secreto, Hieronymo Columnae Forerio Majori, Andreae Maidalchino, Octavio Rinaldo de Bualo a Valle Romanis, Cubiculariis Secretis Nostri, Josepho Accorambono Spoletan. Subdatario, ac Olympio Miliani de Insula Liliullius Diocesis Architrucino, ac Joanni Bortonio Nolan. Caudatario, Joanni Baptista Precurti Romano Crucifero, Dominico Pizzi de Ischia Aquapenden. Diocesis, Franciscus Mariani Viterbien., Cappellani Secretis, ac Scipioni de Fabiis Romano, Dominico Rombolino Pistorien., Francisco Pino pariter Romano, Bartholomaeo Mollia idem Romano, Hieronymo Giorgi Oppidi Liburni Pisan. Diocesis, ac Jacobo Antonio Biancono a Capranica Sutrin. Diocesis Clericis, seu Presbyteris, vel Laicis Cubiculi Nostri Adjutoribus familiaribus continuis Commensalibus nostris, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensationis providentia devotos, & fideles suos, illos praefertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, & famae amplioribus praerogativis, ac praclaris dignitatibus titulis decorare, & ornare, necnon specialis benevolentiae favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspici convenire.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quae vos, qui etiam continui commensales nostri existitis, & quilibet vestrum nobis haecenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, necnon ad vitae, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, & quibus personas vestras, etiam familiari experientia juvari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea easdem personas vestras peculiariter favore gratiae, ac specialis honoris, & excellentiae dignitatis titulo sublimare volentes, vosque, & quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, ac de Apostolica potestate plenitudine vos, & quemlibet vestrum respective in nostros, & Sedis Apostolicae Notarios (sine tamen praedictorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate tenore praesentium recipimus, & fa-

Exordium.

Commendantur, & absolventur a censuris.

Motu proprio creantur Notarii, Comites, Equites, Nobiles, & Cives.

cri Palatii, & Aula Lateranen. Comites necnon auratæ Militiæ Equites, ac nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionen., Bononiën., Ferrariën., Beneventan., omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectorum cives cum omnibus iuribus, jurisdictionibus, prærogativis, & insignibus debitis, & consuetis creamus, ac constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aula hujusmodi Comitum, Equitum, & nobilium Romanorum, aliorumque Civium, Civitatum, & Terrarum prædicarum referimus, & conscribimus.

Exponuntur  
Notariorum,  
&c. privilegia cum quadam restrictione.

§. 3. Vobisque, etiamsi habitum, & rochetum Notariorum dictæ Sedis juxta Decreta Lateranen. Concilii novissime celebrati non dederatis, aut Civitates hujusmodi non incolueritis, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, & immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (circa tamen exemptiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas, itaut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceatis Ordinariis, ac circa facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a Notariis, & Comitibus præfatis præsentia; itaut illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane existat quicquid secus per vos aut quemlibet vestrum respectively attentari contigerit) necnon Cives originarii, etiam in Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, & Sæcularium, etiam ex personis Romanorum Civium originariorum vacantium assecutione, & exercitio tam in Urbe, quam in omnibus, & singulis Civitatibus prædicatis, & aliis ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque Literis, Instrumentis, & Scripturis publicis, & privatis deinceps nomine vestro conficiendis Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romani, & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, prout liberit, vos inscribere, & illis subscribere valeatis; ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus ac Civibus habeamini, nihilque qualescumque illud fuerit, cum iis subscriptionibus subreptitium, vel obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur, necnon honoris causa insignia gentis nostræ, sive integre, sive cum vestris respectively composita gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

Eximuntur  
a Decimis,  
aliisque im-  
positionibus,  
ea excepta  
pro auxilio  
contra Infideles.

§. 4. Et insuper vos, vestraque Beneficia, & Officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, & nature, ac cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fue-

rint, ac etiam quæcumque a vobis vendenda, ac pro vestris, ac familiarum vestrarum usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque Decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, perangariis, ceterisque oneribus, & contributionibus tam Urbanis, quam Rusticis ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud Territorium, seu Provinciarum, Terra, Mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quæcumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta) nunc & pro tempore impositis, ita quod vos, & quilibet vestrum nihil omnino horum, aut aliorum similibus subire teneamini, nec per Camera Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu Vectigalium, & Tributorum hujusmodi Redemptores, Conductores, & Exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos alias quam, ut præfertur valeatis coarctari (quandiu serviciis nostris insisteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

§. 5. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectively, & quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia seu singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum, etiam Collegiarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, Personatus, administratio, vel Officium fuerit, & ad Dignitatem, Personatum, Administrationem, vel Officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si alicui vestrum alias canonicè conferantur, aut quisque vestrum eligatur, præsentetur, aut alias assumatur ad illa, & instituat in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis retinere.

Permittitur  
pluralitas Beneficiorum.

§. 6. Necnon etiam quamdiu Nobis inservieritis tantum in Beneficiis Ecclesiasticis, etiam curatis (non tamen parochialibus, nec curatis cura animarum Parochianorum) per vos pro tempore respectively obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio, personalem residentiam requirentibus, etiamsi Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificalem majores, & Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earundem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis invite compelli possitis, omnesque, & singulos nihilominus vestrorum Beneficiorum obtentorum fructus, redditus, ac proventus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesiis, sive Locis personaliter resideretis, percipere, exigere, & levare.

Eximuntur  
a Residentia  
durante familiaritate.

§. 7. Ac interim, vel postmodum, si volueritis, in Romana Curia, vel extra eam a quocumque, quem malueritis, Catholico Antistite gratiam, & communionem ejusdem sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festivis diebus, etiam extra tempora a jure statuta proprii Ordinarii, aut cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, si alias ad id idonei reperti fueri-

Facilitas  
recipiendi  
Ordines extra  
tempora, &  
sine licentia.

Item audien-  
ti, & docen-  
ti Leges,  
causaque  
tuendi.

Necnon eli-  
gendi Con-  
fessarium  
cum ampla  
facultate.

Facultas  
transferendi  
Pensionis us-  
que ad ducatos  
300.

tis, super quo Antistitis conscientiam oneramus, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare.

§. 8. Necnon, etiam si Presbyteri fueritis, ac dignitates, & Officia obtinueritis, leges, & jura civilia, etiam publice in scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquenium dumtaxat, dummodo trigessimam ætatis annum non excesseritis, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in Causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite possitis, & valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

§. 9. Liceat quoque Vobis, & cuilibet vestrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario secularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cujuslibet vestrum comite vos, & quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, & per vos incurfis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiam si absolutio Nobis, & successoribus Nostri Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, quorumcumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in qualvis personas, etiam Ecclesiasticas, (non tamen Episcopos, vel alios superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum Canoniarum, aliorumque Divinorum Officiorum) & denique ab omnibus, & quibuscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet a contentis in Literis die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo; in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus vestris diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostolica absolvere, & vobis pro commissis pœnitentiam injungere salutarem, necnon vota quæcumque (ultra marino, visitationis liminum Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, castitatisque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

§. 10. Vobisque ulterius, & quicumque vestrum respective, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos respective coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quæcumque pensiones annuas vobis super mensarum Abbatialium, seu Capitularium ac Episcopialium, & Archiepiscopialium, ac quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularium, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac reservanda pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum,

quandocumque alicui vestrum respective placuerit, simul, vel successive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo, cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta hujusmodi usque ad summam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus Clericis, seu clericali Characterè insigniri volentibus, etiam eis, quoad vixerint, seu eorum Procuratoribus, ad id speciale ab eis mandatum habentibus, iisdem modo, & forma quibus vobis assignatæ, & reservatæ, seu assignata, & concessa fuerint respective, etiam absque consensu easdem pensiones solvere debentium, etiam si illas, vel illa alias cassari, & reservari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac pensiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi, etiam pluries cassata, & de novo assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, etiam Literis Apostolicis super reservationibus, & assignationibus hujusmodi non confectis, ac alias cum omnibus privilegiis, Decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, necnon cum subrogatione in quibusvis vestris Juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi, in qua tunc eritis integre persolvendas, servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Innoc. PP. XI. Prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, & assignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus.

§. 11. Necnon etiam vobis, ut de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, & locis, ac jurisdictionibus, cæterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non sint Altaris, seu Altarium Ecclesiarum Vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum Divino cultui, seu usui deputata, seque moventibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forsitan præfere contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis ordinum regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, & fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum, loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, proventibus vobis reservatorum, & assignatorum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curie Officiorum, & alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, necnon undecumque, licite tamen acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alias quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiam si in pecunia numerata, & jocalibus,

gemmis,

Facultas transferendi usque ad 6000. ducatos & sine solemnitatibus.

gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum etiam penes Beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates etiam annuos valores, etiam si talia forent, quæ generali appellatione honorum, & suppellectilium non venirent sed specialibus indigerent vocabulis, presentibus, ac si specificis, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium Ducatorum auri de Camera pro unoquoque vestrum, ac etiam ipsis fructibus, redditibus, & proventibus & pensionibus debitis, & debendis (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editarum, & si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) jam cumulative, cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis, tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum consanguineorum, & affinium quorumcumque locorum piorum favorem, & usum ac alias pro arbitrio, & voluntate vestris, & cujuslibet vestrum absolutis testari, & testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura etiam minus solemnibus, coram duobus vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta, vel subscripta, & alias in omnibus, & per omnia, prout, quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione presentis vel aliarum vobis pro tempore concessarum similium facultatum aut quod in vim illarum testari seu disponere velit, & intendatis, semel iterum aut pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum a vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni alio meliori modo valeat, servari debeat, ipsaque testamenta, codicilla, & dispositiones, ordinationes, legata, & statuta pluries, ac toties, quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere libere, & licite valeatis, auctoritate Apostolica earumdem tenore presentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

§. 12. Et insuper statuimus, & ordinamus vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respectu mansione, ac etiam extra Beneficia vestra, vel alia loca debita a vobis residentia personalis, ac etiam nulla subsistenti causa ab humanis decedatis, omnia, & singula bona, res, & jura, etiam, ut præferatur qualificata, necnon spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex prædictis, & alias undecumque pervenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis Beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes vestri sanguinis integre deveniant, & illis deficientibus inter familiares vestros arbitrio personæ seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione vestra scripta etiam minus solemnibus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Executores omnino exequi, & adimplere, illique se conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alia forsitan a vobis, etiam nulla, vel minus sufficienti facultate suffultis de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fru-

ctibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem Consanguineorum, & Affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc & e contra pro dicta summa sex millium Ducatorum approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos Juris, ac solemnitatum omiffarum, & omittendarum, necnon substantiales aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, specifica, & expressa de illis mentio presentibus habenda esset, supplemus.

§. 13. Districtius inhibentes quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Prælatibus, necnon Cameræ prædictæ Præfidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatæ Sanctæ, & aliis Collectoribus, & Subcollectoribus, cæterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, ne Universitates, Collegia, ac loca, & legatarios hæredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum hujusmodi executores prædictos directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant, quoquomodo, vel perturbare.

§. 14. Ac decernentes prædicta omnia, & singula, præsentibus literas, & testamenta, donationes, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quæcumque necnon quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit tam vigore presentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, & deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde secutis, & secuturis, etiam si vos intra Curiam, aut in quacumque alia Mundi parte extra Ecclesias, & beneficia personalem residentiam requirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, & nulla subsistente causa non residendi ab humanis recedere contigerit, sub Literis rec. mem. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Prælatos, necnon Parochialium Ecclesiarum Rectores, cæterosque residentia personali prædictæ adstrictos extra illam quomodocumque decedentes septimo Kalen. Decembris Pontificatus sui Anno Quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, Decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ Regulis ex quibuscumque causis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac consistorialiter etiam a Nobis, & Sede prædicta hætenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minime comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, & etiam sub posteriori data, etiam cum derogationibus, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis Decretis per vos eligenda apponendis, & latissime specificandis reposita, restituta, & plenarie reintegrata, & de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes effectus, quos de Jure, stylo, consuetudine, aut alias quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una ac Nos, & Cameram prædictam ex altera parti-

Inhibitio  
contra Per-  
turbatores.

Clausula.

Indultum in  
casu intesta-  
te successio-  
nis; aut mi-  
nus valide  
dispositionis.

bus habere, ac etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedralē, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam status, & personā vestra mutationem cessare, nec per similes, vel dissimiles gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulative in omnibus & per omnia uti, si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debuerit, nec heredes, legatarios, ac loca, ad quos, seu quæ bona, jura, & actiones hujusmodi devenerint, vel quibus relinquuntur, aut executores prædictos ad tertiam, seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, heredibus, legatariis, ac donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Camera, vel Fabricæ, aut Beneficiis prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum iis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive Indultum, aut confirmationem præsentium a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præsentibus mentionem aliquam faciendam ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

§. 15. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore existentes dictæ Camera Camerarium, Præsidentes, & Clericos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Committitur  
Executio.

§. 16. Quocirca Venerabil. Fratribus nostris Ostien., & Portuen. Cardinalibus Episcopis, & dilecto filio Curie Causarum Camera Apostolicæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem præsentibus literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earundem præsentium tenorem quomodolibet, indebite molestari, inquietari, vel perturbari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super haben. servatis processibus, censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur; necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati de certo Notariorum numero, etiam ad illum nondum deventum fuerit, cui pro hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac stylo in similibus hætenus observato, ac recol. me. Alexandri PP. VII. etiam prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Ca-

meræ prædictæ deberi inter alia disponente, nec non ejusdem Bonifacii Papæ VIII. per quam concessionem fructus in absentia percipiendi sine præfixione temporis fieri prohibentur, ac Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter nostri de gratis quæcumque interesse Camera Apostolicæ contententibus in dicta Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita quod præsentibus in eadem Camera nullo unquam tempore registrari facere teneamini, ac similibus rec. mem. Urbani Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de pensionibus alias translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & Locorum, in quibusvis cives Originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictæ Curie, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & Locorum, ac Camera prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel Procuratores vestros præfiteritis forsan hætenus, vel vos in posterum præstare contigerit juramentum; privilegii quoque, Indultis, & literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorumque Præfatis, seu Administratores, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & Locis, aliisque prædictis, ac illorum Communitatibus, Civitatibus, & Locis, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curie, Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam Decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum Redemptoribus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum Statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam in eis, ac statutis, & stabilimentis prædictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis, nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum Beneficia nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri non possint, & nulli in Civibus Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegii uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendente possederit, quodque Præceptorie,

& alia

& alia Beneficia quæcumque dicti Hospitalis tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositiones personibus Clericis sæcularibus, & aliis personis, etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque literas Apostolicas, & qualvis etiam derogationum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum Magistri, & Conventus prædictorum ad id accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, & non alias, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic fient etiam de simili consilio derogationibus sit apposita clausula, quod illarum effectum fortiantur de consensu Magistri, & Conventus prædictorum, & non alias, nec alio modo, quodque ipsi Exactores, & Appaltatores Decimas, pedagia, & onera hujusmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat in genere, & in specie ad effectum præsentium sufficienter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus; quodque vos primam non feceritis in Ecclesia hujusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscumque.

Adimplenda  
ante usum  
Notariatus.

§. 18. Volumus autem quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolica Notarios vobis, ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alienius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propostos expresse emittere, & solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneamini.

§. 19. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur in judicio, & extra, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Præsentis Li-  
teræ non suf-  
fragantur  
Prædecesso-  
rum Familia-  
ribus.

§. 20. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quorum respectu etiam familiares, & continui commensales erant, concessæ fuerunt, præsentis literæ quoad facultates testandi de bonis, & transferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVI. Maji MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

V.

Indicatur Jubilæum Universale initio Pontificatus Sanctitatis Sux.

*Huic simile Jubilæum indictum fuit a Clem. XI. Const. ed. 1701., Feb. 25., P. 1. & a Bened. XIII. indictur Const. ed. 1724., Jun. 10., P. 1.*

Dat. 27. Maji  
1721. An. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Universis Christifidelibus presentes Literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium a  
necessitate  
implorandi

Superni dispositione consilii, quo cælestia pater, & terrestria inscrutabili ratione regun-

tur, ad Supremum Apostolatus fastigium, nullo meritorum suffragio evecti, dum serio consideramus impositi Nobis gravitatem oneris, Angelicis etiam humeris formidandi, cui collum humiliter supponere divinæ voci obsequendi Nos adegit necessitas, viriumque nostrarum infirmitatem, tum luctuosam rerum, & temporum conditionem, quotque, & quam gravissimis Republica Christiana malorum procellis, & calamitatibus conficitur, atque periculis exposita sit, toti contremiscimus, crebraque ex imo corde suspiria, & uberes ex oculis lacrymas fundentes, ad Dominum cum Propheta clamare compellimur: Exaltatus, humiliatus sum, & conturbatus; terrores tui conturbaverunt me; circumdederunt me, sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Ac nisi spes nostra in ipso bonorum omnium Largitore reposita esset, animo plane concideremus; sed quia benignus, & misericors est Deus noster, & propitiatur omnibus invocantibus eum in veritate, nec despicit in opportunitatibus, & tribulatione, eodem Propheta monente: Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, & magis ejus clementiæ, & misericordiæ confidere, quam nostræ imbecillitati diffidere constituimus, cumque nos sufficere non posse sciamus, oculos nostros ad Montem Sanctum suum, montem uberem, Montem pinguem, unde opportunum Nobis ad futurum auxilium, & enixe petimus, & devote speramus. Id ipsum, ut & vos, quibus nostra impendenda est sollicitudo, conjunctis nobiscum precibus faciatis, & divinam, qua agemus opem per jejunia, & elemosynas, aliaque pietatis opera nobis demereri sedulo studeatis, paterne requirimus, & monemus, ut scilicet totius consolationis Deus, cui proprium est infirma mundi eligere, & dextere suæ potentia facere fortia, confirmet, quod operatus est in Nobis, & det Nobis sedium suarum assiducam sapientiam, mittat illam de Cælis sanctis suis, & a sede magnitudinis suæ, ut nobiscum sit, & nobiscum laboret ad Divini nominis gloriam, Ecclesiæque Sanctæ utilitatem, & spirituale omnium fidelium ædificationem, omniaque consilia nostra, & actiones dirigat secundum beneplacitum voluntatis suæ, hereses, & in Religione dissidia extirpet, fidem Catholicam protegat, & propaget, quam mundus dare non potest inter Principes Orthodoxos pacem restituat, eorumque animos fortiter, & suaviter vinciat in vinculo charitatis, dira Epidemicæ luis flagella, quæ non procul ab Italiæ finibus, sicut cum intimo animi nostri dolore accepimus, misere sævire adhuc non cessat, ab iis, quos calamitas tenet, avertat, ab aliis vero, quos tantæ cladis metus, & pavor invasit, pericula propulset, ac nomen Christianum ab Infidelium insidiis, & incurtionibus potentia virtutis suæ tueatur. Hæc autem, ut ferventiori spiritus ardore, majorique fructu fiant, priscum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum morem secuti, cælestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ commisit Divina dignatio, opportuno hoc recurrente tempore, quo Spiritus Sanctus repentino sonitu super Apostolos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutavit, & foris apparentibus linguis igneis facta sunt intus corda inflammantia, proferre, & liberali manu erogare decrevimus.

divinum au-  
xilium præ-  
ferim ob ti-  
morem Epi-  
demice luis.

Causa Jubi-  
læi.

Indictio Ju-  
bilæi.

lica Principis Apostolorum ad Ecclesiam Sancti Spiritus in Saxia de eadem Urbe una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatibus quoque, & Officialibus ejusdem Curie, univervoque Clero, & Populo, benedicente Domino agemus, devote interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximæ subsequenti hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio erogaverint. Cæteris vero extra Urbem prædictam ubique degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam Animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint designandæ, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum, a publicatione designationis, vel per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursuram, saltem semel visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Jubilæi visitantibus certis Ecclesiis intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & largimur.

De existentibus extra Urbem.

De navigantibus, & iter agentibus.

De Regularibus, & legitime impeditis.

De Confessario eligendo, ejusque facultate.

§. 2. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua Corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento, detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbata a locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera, commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt pariter concedimus, & indulgemus.

§. 3. Insuper omnibus, & singulis Christianis utriusque sexus, tam laicis quam Ecclesiasticis, Sæcularibus, & Regularibus, cujusvis Ordinis, & Congregationis, & Instituti tam in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus, licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam Sæcularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis Sententiis, & Censuris a jure, vel ab homine, quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab

omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis in foro conscientie, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quæcumque (Religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus penitentia salutari, aliaque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 4. Quapropter tenore præsentium in virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, & quibuscumque Ordinariis locorum, ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 5. Non intendimus autem per præsentibus super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam easdem præsentibus iis, qui a Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Præfato, seu Judice Ecclesiastico Excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in Sententiis, & Censuris, incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim, quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus, ita Romano Pontifici pro tempore existentis reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon Regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum Regularibus, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis ejusdem Ordinis, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse, ad effectum præmissorum, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Ut autem præsentibus nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earumdem præsentium transumptis, vel exemplis etiam

De publicatione Jubilæi.

De casibus reservatis.

Clausula.

impre-

impresſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtituta munitis, ubique locorum, & Gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur iſſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die XXVII. Maji MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

VI.

Mandatur continuatio Viſitationis Apoſtolicæ Eccleſiarum, & Locorum piorum Urbis.

*Hujusmodi Viſitatio inſtituta ſuit ab Inn. XII. Conſtit. ed. 1693., Jan. 11., P. 2. Et continuata a Clem. XI. Conſtit. ed. 1701. Jan. 14., P. 1. a Benedicte XIII. iterum præcipitur ejus continuatio Conſtit. ed. 1724., Jul. 15. P. 1.*

Dat. 28. Maji 1721. An. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Referatur inſtitutio, & continuatio d. Viſitationis.

CUM felic. record. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor Noſter circa Pontificatus ſui primordia paſtoralem Cleri Romani, omniumque Almæ hujus Urbis Eccleſiarum, piorumque locorum, & operum viſitationem inſtituerit, eamque ipſemet in Patriarchalibus ejusdem Urbis Eccleſiis inchoaverit, ac ſibi in eo munere Adjutores nonnullos ex Sacro Venerabilium Fratrum noſtrorum tunc ſuorum S. R. E. Cardinalium Collegio delegerit, & aſſumpſerit, eisque quosdam Romanæ Curie Prælatos, & alios ſubinde Cardinales adjunxerit, qui viſitationem ipſam peragerent, & negotia illam concernentia expedirent; ac Secretarium, Judicem, Cancellarium, ſeu Actuarium Commiſſarium, & Fiſcalem, alioſque forſan Officiales, & Miniſtros Sacræ Viſitationis hujusmodi deputaverit, variaſque eiſdem Cardinalibus, ac eorum, & dictorum Prælatorum Congregationi, necnon Officialibus, & Miniſtris prædictis facultates, præminentias, & indulta conceſſerit, & impartitus fuerit, & alias prout in diverſis iſſius Innocentii Prædeceſſoris Literis deſuper in ſimili forma Brevis expeditis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſerit haberi volumus, uberius continetur. Et ſicut accepimus memorati quidem Cardinales, Viſitatores una cum Prælatiſ Coadjutoribus etiam piæ mem. Clementis Papæ XI. Prædeceſſoris Noſtri juſſu viſitationem hujusmodi, tam in eiſdem Patriarchalibus, quam in aliis Collegiatis, & fere omnibus Parochialibus Eccleſiis, ac in multis Monaſteriis Regularium tam virorum quam mulierum, necnon Collegiis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & aliis locis piis dictæ Urbis poſtea proſecuti fuerint, ſalutaribusque monitis, & Decretis, ubi opus fuerit providerint; Viſitatio tamen ipſa in omnibus Eccleſiis, ac locis, & Operibus piis prædictis nondum ſit peracta, ſed multa negotia eam concernentia, adhuc pendeant indeciſa; Hinc eſt, quod Nos paſtorali ſtudio conſiderantes quantopere viſitatio hujusmodi utilis, & neceſſaria ſit, non modo ad tollendos abuſus, ſed etiam ad præcavendum, ne deinceps introducantur, quantumque boni ex illa hæcenus provenerit, & benedicente Domino proventurum ſit, ſi Viſitatio ipſa continuetur, & abſolvatur, ac in ea, quæ ad Dei cultum, & gloriam, animarumque ſalutem opportuna, & conducibilia ſunt, ſicut hæcenus factum eſt in poſterum quoque pie prudenterque ſtatuantur; Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ pote-

ſtatis plenitudine, memoratam viſitationem continuari, & abſolvi; cauſasque indeciſas in Congregatione prædicta pendentes, prout æquitatis, atque Juſtitie ratio ſuaſerit, terminari, viſitationes particularium Eccleſiarum, ac locorum, & Operum piorum jam inchoatas abſolvi, necnon Eccleſias, ac loca, & opera pia tam huculque viſitata, quæ iteratam viſitationem expoſcere videbuntur, quam nondum viſitata viſitari, cæteraque omnia, & ſingula viſitationem hujusmodi concernentia fieri, geri, ſtatu, & ordinari, ac executioni demandari debere tenore præſentium decernimus, & mandamus. Ac omnes, & ſingulas facultates, privilegia, gratias, præminentias, prærogativas, & Indulta quæcumque prædictis Cardinalibus, & Prælatiſ, eorumque Congregationi, necnon omnibus, & ſingulis Officialibus, & Miniſtris ſupradictis a memoratis Innocentio, & Clemente Prædeceſſoribus per ſuas reſpective Literas deſuper emanatas quovis modo reſpective conceſſa, & attributa per obitum eorumdem Prædeceſſorum minime ceſſaſſe, ſed in ſuis robore, & firmitate permanere, omnibusque, & ſingulis prædictis reſpective adhuc competere, & ſuffragari debere, decernimus pariter, & declaramus. Et quatenus opus ſit, facultates, privilegia, gratias, præminentias, prærogativas, & Indulta hujusmodi eiſdem Cardinalibus, & Prælatiſ, eorumque Congregationi, ac officialibus, & Miniſtris prædictis in omnibus, & per omnia, prout eis reſpective a ſupradictis Innocentio, & Clemente Prædeceſſoribus conceſſa, & attributa fuerunt, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus denuo concedimus, tribuimus, & impartimur.

§. 1. Decernentes eaſdem præſentes literas & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis, ſeu eorum aliqui intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cuiuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, & præminentie, & dignitatis exiſtant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas præſentes emanarunt adductæ, verificate, vel juſtificate fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juſta, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno & ſubſtantiali, individuaque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari: ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque & non aliter in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtoli. Auditores, necnon ejusdem Sanctæ Romana Eccleſiæ Cardinales de Latere Legatos, ac alios quoslibet quacumque præminentia, & poteſtate fungentes, & ſuncturos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate judicari, & di-

cum nova conceſſione facultatum Congregationi facta.

Clauſulæ.

Cauſæ novæ continuationis præd. Viſitationis.

Mandatum continuandæ Viſitationis.

finiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac omnibus & singulis illis, quæ memoratus Innocentius Prædecessor in suis literis supradictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Maji MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

VII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Regul. de alternativa Officiorum pro Provincia S. Antonii in Lusitania Fratrum Min. de observ. Discalc.

*A Clem. XI. Const. ed. 1712. Dec. 23., P. 13. revocata fuit dismembratio Conventus S. Lucie, & Hospitii de Portici. Et hujus Pontificis Const. ed. 1712., Jun. 22., P. 2. extat commissio Nuncio Neapolis super eadem dismembratione.*

Dat. 16. Junii 1721. An. I.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**N**uper pro parte dilectorum filiorum Emmanuelis a Gloria, nonnullorumque fratrum expresse professorum Provinciæ S. Antonii in Lusitania Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi pro bono pacis, & pacifico ejusdem Provinciæ regimine Alternativam Officiorum in ea cum divisione Territorii stabilire plurimum desiderabant in hunc modum, videlicet.

Divisio Territorii Provinciæ cum æqualitate numeri Religiosorum.

§. 1. Primo, quod prædicta Provincia Sancti Antonii secundum Regiones, Territoria, per quæ protenditur, in duas æquales partes dividatur, quarum Ulyssiponenses Civitates, Orientalem scilicet, & Occidentalem cum suis Territoriis, vulgo *Termos*, inclusive Provinciam de Alemvise, & Regiones ultra mare comprehendat, Altera vero totum id, quod a Territoriis Ulyssiponen. per Provinciam de Extremadura usque ad Villam de Canthanhede districtus Civitatis Conimbricen. inclusive includitur, & sic divisæ conserventur, ut Religiosorum numerus utriusque Hierarchiæ, Clericalis videlicet, & laicalis in unaquaque parte æqualis sit. Sed quia de præsentibus numerus Ulyssiponensium in magna parte a non Ulyssiponensibus haberi excedi, donec ad æqualitatem perveniant, ex Novitiis recipiendis duæ partes ex Ulyssiponensibus, & una ex aliis dumtaxat ad habitum admittatur, proportione servata inter Clericos, & Laicos, prout necessitati Provinciæ videbitur expedire, ita taliter, ut semper æqualis Fratrum numerus hinc inde valeat conservari, & hæc quantum ad divisionem.

De alternativa præcipuorum Officiorum.

§. 2. Secundo: Quantum vero ad electionem Officiorum ita procedi debeat ut in uno Capitulo Minister Provincialis, & duo Definitores ex una parte, & Custos, & alii duo Definitores ex alia parte eligantur. In capitulo vero sequenti fiat viceversa. Quia tamen duodecim abhinc annis ex non Ulyssiponensibus quatuor Provincia-

les Ministri fortiti fuerunt, pro aliquali compensatione cum parte Ulyssiponenfi in Capitulo proxime habendo alternativa ex Ulyssiponeasibus exordium servat, & ex istis Minister Provincialis, & duo Definitores, ex non Ulyssiponensibus vero Custos & alii duo Definitores eligantur. In capitulo vero sequenti res e contra se habeat.

§. 3. Quod si ad electionem Vicarii Provincialis, deficiente Ministro ante completum triennium oporteat deveniri, digniore Patre Provinciæ præfidente, in absentia Superioris Generalis ex eadem Provincialis parte Vicarius eligatur. Quod etiam in electionibus tum Commissarii Provincialis, tam etiam Proministri (impedito Provinciali) Capituli Generalis causa observandum erit, quantum scilicet ad hoc, quod electi ex eadem parte assumantur. Et si pariter observandum erit in Guardianorum electionibus, ut æqualis numerus ex unaquaque parte assumatur; Attamen, ut æqualis Conventuum distributio fiat, hic ordo servandus erit, quod ex illa parte, ubi Provincialis fuerit, eligantur Guardiani, vel Præsidentes cum voto pro Conventibus de Corthaneya, Casanova, Penella, Soveral, Tancos, Canthanhede, Sernachi; Ex illa vero, ubi Custos fuerit, eligantur similiter Guardiani, vel Præsidentes cum voto pro Conventibus Ulyssiponis occidentalis, Collegii Conimbricen., Cornota, Meruana, Penheyro Certeam, Convalescenza, & Pombal. At ne suffragia in Capitulis Provincialibus a parte Custodis partem alteram excedere valeant, tunc dumtaxat, & non alias Secretarius Provinciæ, & ex parte Provincialis per electionem fiat, sicuti Guardiani, & votum habeat in Comitibus Provincialibus, quoadusque Conventus dispares fuerint: Ita enim Novi Conventus, vel Hospitia sicuti Guardiani, & Præsidentes cum voto distribuuntur, ut pro unaquaque parte suffragia sint æqualia: Quod si æquales existant in suffragiis hujusmodi, nec votum Secretarius Provinciæ habeat, nec per suffragia, sed ad Provincialis libitum assumatur.

Item reliquorum Officiorum, necnon de suffragiis.

§. 4. Ad præfidentes quoque sine voto, Vicarios, Novitiorum Magistros, Ostiarios, & alia hujusmodi Officia cum æqualitate quantum fieri possit, Religiosi ex unaquaque parte assumantur, & qui in uno triennio fuerint ex una parte pro eisdem officiis, in alio sequenti ex altera eligantur.

§. 5. Idem pariter observandum erit pro studiis tum Philosophiæ, tum Theologiæ Scholasticæ, tumque Moralis, ut Studentes, Lectores & qui Passantes vulgo dicuntur, hinc inde in æquali numero eligantur, hæc tamen exceptione, quod si ex una parte sufficientes non sint, qui legere possint, & hoc a pleno Definitorio approbetur, assumantur ex aliis, qui idonei reperiuntur, & hæc de electionibus.

§. 6. Tertio in subrogationibus ita res se habeat, quod deficiente ante completum Triennium, vel promotio aliquo ex Officialibus, tum Definitori, tum etiam alio quocumque, alter ex eadem parte ejus loco substituatur. Pro Definitorio vero hic specialis ordo servandus erit, quod in subrogatione unius, aut alterius ex Definitorio, Primo Patres Provinciæ secundum eorum ordinem, secundo Excustodes, tertio Exdefinitores, quarto Exguardiani antiquiores substituuntur; Cum hoc tamen, quod si multi Guardiani æquales sint a die professionis unus alterum in subrogatione præcedat; Si vero antiquior Exguardianus sit Guardianus actualiter, alter Guardianus ejusdem partis suo loco eligatur, & ipse in Definitorio subrogetur, in quo si triennium compleverit, gaudeat ac si Custos, vel Definitor in Capitulo electus fuisset, si tamen non compleverit, remaneat, ac si nullatenus subrogasset. Et quia in Regionibus ultra Mare pro Conventu de Gran

De subrogationibus ante completum Triennium.

1721. De Guardianis, & Commissariis ultramarinis.

Parà, ex hac Provincia Guardianus, & Commissarius Provincialis eligi solent, ita electio impositum fieri debeat, ut Guardianus eligendus semper ex parte Provincialis sit, Commissarius vero ex parte Custodis. Et si hic postquam suo officio functus fuerit, ad Provinciam primordiam revertatur, locum immediatum post Exdistinguitores in subrogationibus obtineat. Si vero Commissarius Missionum pro eodem Gran Parà ex hac Provincia fieri contigerit, per triennium tantum perduret, & modo ex una parte, modo ex alia eligatur, itaut in omnibus, & per omnia equalis officiorum distributio conservetur.

Pœnz in contravenientes.

§. 7. Et si Religiosus aliquis de presenti, vel in futurum impugnaverit, & contradixerit, vel retardare præsumperit executionem Alternativæ hujusmodi, aut alicujus ex conditionibus in ipsa præsertis, ipso facto privatus actibus legitimis in perpetuo existat.

Decretum Congregationis pro recensita alternativa.

§. 8. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, auditis PP. Procuratore Curia, & aliis Superioribus Generalibus Ordinis referente Eminentissimo Priolo, censuit, præfatam Alternativam in omnibus juxta petita esse concedendam, prout præsertis Decreti vigore benigne concessit. Romæ 23. Maji 1721.

Preces nullorum Religiosorum.

§. 9. Cum autem sicut pro parte eorundem Emmanuelis, & Fratrum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi quo firmiter subsistat Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

§. 10. Decernentes eadem præsertes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & desiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provincia, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsertibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVI. Junii MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceduntur Privilegia Capellanis Sanctitatis Suae.

VIII.

Eadem Privilegia concessa fuerit a Clem. XI. Constit. ed. 1712. Dec. 7. P. 13.

Dat. 17. Junii 1721. An. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

GRATA familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Dominus Miliani nullius Diocesis Provincia Romanæ, Petrus Paulus Quintii Reatin. Petrus Galeazzi Montis Falisci respectivè Diocesis, & Josephus Anconitan. Canonicus Supranumerarius Ecclesiæ Anconitan. Presbyteri moderni Capellæ nostræ Pontificiæ Capellani familiares Nostri, Nobis, & Apostolicæ Sedi hæcenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus, eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus; Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Exordium in quo Capellanorum nomina recensentur.

§. 1. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, & gratis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad supradictorum Dominici, Petri Pauli, Petri, & Josephi, vel alicujus ipsorum aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia, Apostol. Auctoritate tenore præsentium, Dominicum, Petrum Paulum, Petrum, & Josephum prædictos, & illorum singulos in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & aulæ Lateranen. Comites (sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio,) necnon Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, omniumque & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectorum Cives creamus & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & aulæ Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum prædictorum referimus, & conscribimus.

Concessio privilegiorum.

§. 2. Ipsisque etiamsi habitum, & rocchetto Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranen. Concilii novissime celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives originarii, etiam in dignitatum, & beneficiorum Ecclesiasticorum & secularium, etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium, affectuone, & exercitio tam in Urbe, quam Civitatibus prædictis, ac alias ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conventuum utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipsis emanassent, (citra tamen exemptiones a Concilio

Ipsorum privilegii etiam si habitum non deferant donantur.

Tridentino sublata, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceant Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a Notariis Sedis Apostolicæ, & Comitibus Palatinis præterita, ita ut illis supramemorati Capellani familiares nostri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane existat, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis sese Notarios, Comites, & Nobiles, ac de nobili genere, ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ & aliarum Civitatum Cives, ut libuerit inscribere, & se illis subscribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Nobilibus, & Civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censeatur, concedimus, & indulgemus.

Exemptio  
a decimis, &  
aliis imposi-  
tionibus.

§. 3. Et insuper illos, eorumque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumque, & qualiæcumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regionum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis consistentia, prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda, ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, dantiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, parangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mentium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis, transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seu Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod illi, & quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum similibus subire teneantur, nec per Camera Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores, quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos, alias quam ut præfertur, valeant coartari (quamdiu servitiis nostris insisterint dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Dispensatio.

§. 4. Ad hæc cum eisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus testibus quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiam si unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, Personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionis imminet animarum, si eis alias canonicè

conferantur, aut eligantur, præsententur, aut alias assumantur ad illa, & instituantur in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) personale residentiam non requirant, insimul quoad vixerint retinere. Necnon etiam quamdiu nobis infervierint tantum in beneficiis Ecclesiasticis, non tamen Parochialibus, vel curam animarum Parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio, personale residentiam requirentibus, etiam si dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majoribus, & in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earundem Capitula, aut quovis alios ad residendum interim in illis invitati compelli possint, omnesque, & singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, & redditus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis), cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, vel locis personaliter residerent, percipere, exigere, & levare, proviso tamen per eos, ut onera eisdem dignitatibus, & beneficiis quovis modo incumbere, congrue supportentur.

§. 5. Necnon etiam si presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtinuerint, leges, & jura civilia etiam publice in scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigensimum ætatis annum non exceßerint, audire, ac si habiles, & sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promovendi facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite possint, & valeant, de specialis dono gratiæ dispensamus.

Indultum  
docendi le-  
ges.

§. 6. Liceat quoque ipsis, & eorum singulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem in suum eligere Confessorem, qui vita eis comite, eos, & ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per eos incurfis, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiam si absolutio nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, ac quorumcumque votorum, & Ecclesiasticorum præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in qualvis personas etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, juniorum omissionibus, necnon recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, & quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet a contentis in literis die Ccenæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio), prædicta auctoritate Apostolica absolvere, & pro illis commissis penitentiam pro modo culpæ injungere salutarem, necnon vota quæcumque (ultramariano, visitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, castitatisque, & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Licentia  
eligendi  
Confessorium.

§. 7. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut persona in dignitate Ecclesiastica constituta, tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & Testibus fide dignis eligendi, seu eligendae, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super mensarum Abbatialium, seu Episcopialium, aut Archiepiscopialium, & quorumcumque aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura saecularium, & quorumcumque ordinum Regularium etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, & qualitercumque aliorum qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco, fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta sibi nunc, & pro tempore assignata, & reservata, quandocumque simul, vel successive in toto, vel in parte, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera, de eorumdem Capellanorum, vel cujuslibet ipsorum consensu in toto, vel in parte etiam in mortis articulo, cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus, seu illorum loco, fructus, redditus, proventus, jura, obventus, & emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam praedictam, uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem Capellanos, & eorum singulos nominandis, etiam quacumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seu Clericali caractere insigniri volentibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Capellanis assignatae, aut reservari, vel assignari concessa, seu concessi fuerint, etiam absque consensu eisdem pensiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi solvere debentur, etiam si pluries cassata, & de novo assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem praedictam, ac alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, integre perfolven., reservare, constituere, & assignare.

Facultas  
testandi.

§. 8. Necnon ut iidem Capellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, praediis, possessionibus, terris, & locis, etiam jurisdictionalibus, caeterisque bonis immobilibus, & mobilibus, quae tamen non sint Altaris, seu Altarium Ecclesiarum ipsis Capellanis nostris praedictis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratuum, Praepositarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura saecularium, & quorumvis Ordinum regularium, quae ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint, obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum annuarum, pensionumque annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus eis reservatarum, & assignatarum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas

perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanae Curiae officiorum, ac alias quomodolibet spectantibus, & pertinent., ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen, acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, quae exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem proventus, & proventus, etiam si in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiam si talia forent, quae in generali appellatione bonorum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, praesentibus, ac si specificae, & sigillatim exprimerentur, & denotarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis, ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiam si eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit, pro illa rata, quae illis debita erit, Constitutione declaratoria super fructibus, & pecuniis non exactis, quae forsitan ad successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere debeant, non obstante, etiam accumulative cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis usque ad summam ducatorum ducatorum auri similibus dumtaxat, tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, & alias pro eorum arbitrio, & voluntate absolutis testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura etiam minus solemnibus, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula coram manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia, (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, & non facta mentione praesentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similibus facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, & intendant, semel, atque iterum, & pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta etiam pluries, ac toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo concedere etiam libere, & licite valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem.

§. 9. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum praedictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia aut alia loca debite ab eis residentiae personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedere, omnia, & singula eorum bona, res, & jura etiam, ut praefertur, qualificata, necnon spolio pro dicta summa etiam ex praedictis, & alias undecumque provenientia, ad Camera Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad haereditarios

Supplementum  
defectuum.

nis eorumdem integre deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio personarum, seu personarum, quas ad id ipsi scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorumdem scriptura etiam minus solemniter, secus apparet, quam tunc velut efficacem ipsarum personarum, vel alii Judices, seu Exequutores omnino exequi, & adimplere, illisque sese conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quaecumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, & alia forsitan, alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate sustulit, de hujusmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, localibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium praedictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde sequentibus, ac etiam ea, quae per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc prout ex tunc, & e contra pro dicta summa ducuntorum ducatorum dumtaxat, approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum omittimus, & omittendum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica de ipsis mentio habenda esset, supplementum.

Contraria  
omnia remo-  
vet.

§. 10. Non obstantibus praemissis, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati de certo Notariorum numero etiam si ad illum nondum devenitum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu praestando in pensionibus, & quibusvis aliis, etiam per nos, & Sedem praedictam quomodolibet editis, & in posterum edendis Cancellariae Apostolicae regulis, & stylo in similibus hactenus servato, ac praemem. Alexandri PP. VI. etiam praedecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camerae praedictae debere inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii PP. VIII. etiam praedecessoris nostri, per quam concessionem de fructibus, in absentia percipiendis sine praesentatione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives ordinarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, ordinum, & Hospitalis praedicti, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictae Curiae, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac praedictae Camerae etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo, ipsi Capellani per se, vel eorum Procuratores praesententur forsitan hactenus, vel imposterum eos praestare contigerit juramentum; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque Praesulibus, seu Administratores, & Superioribus, ac Magistris, Praeceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antennis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, etiam ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ac dictae Camerae officialibus, illorumque Collegiis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritan-

tibusque, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos, & Sedem praedictam, etiam consistorialiter, & de ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio, ac per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia paribus, deque Apostolica potestatis plenitudine, ac ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplationem in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis, & in posterum concedendis, confirmandis, & innovandis, etiam si in iis, ac statutis, & stabilimentis praedictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis non nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filii, aliarum vero partium beneficia, nisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresse qualificatos obtineri, aut conferri non possint; & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegii uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, & locis per certum tempus habitaverit, seu etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possideat; quodque praepositorum, & alia beneficia quaecumque dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum praedictorum dispositione non indultum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam Commendatiorum revocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus Ecclesiasticis, saecularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis, gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis praefatis, etiam vigore clausulae implicitae derogationis latissime extendendae, etiam per quascumque literas Apostolicas, & quasvis etiam derogatorias derogatorias, efficacioresque, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demum Magistri, & Conventus praefatorum ad id expressus accedat assensus, sintque literae derogationis hujusmodi etiam per dictum Magnum Magistrum subscriptae, ac ei, & praefato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis praesentatas intimatae, & non alias, nec alio modo, & semper in hujusmodi literis, quae sic fient, etiam de simili consilio, derogationis sit apposita clausula, quod illarum effectum fortiantur de consensu Magistri, & Conventus praefatorum, & non alias, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex qua forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitae derogationis in rescripto, etiam motu proprio emanato apposita aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore, & firmitate permanens, hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum praemissorum specialiter, & expresse, Motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus ubique fides tam in Judicio, quam extra illud

Transumptorum fides.

adhi.

adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ vel ostensæ.

§. 12. Quodque præfati antequam gratia Notariatus perfrui possint, & valeant in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, professionem fidei juxta articulos pridem a Sede præfata propositos emittere, & solum fidelitatis juramentum omnino præstare teneantur, & quilibet ipsorum teneatur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVII. Junii MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

IX.

Statuimus, ut Fratres Laici de Observ., Reform., ac Tertii Ordinis in Regno Siciliae præsentent juramentum cedendi præcedentiam Clericis.

*De hac præcedentia extat Urb. VIII. Const. ed. 1642. Nov. 16. Clem. XI. Const. ed. 1714. Oct. 6. P. 14. confirmatum fuit quoddam Decretum de primatu in Provincia Bætica. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728. Dec. 16. P. 5. præcipitur executio Constitutionis Urb. VIII.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**D**udum fel. rec. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die 16. Novembris 1642. Motu proprio expeditas literas, ne de cætero ulli Fratres Laici, seu Conversi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia reformatorum nuncupatorum quovis sub prætextu, quæsito colore, vel ingenio, etiam ratione antiquioris suæ ad habitum Regularem dicti Ordinis receptionis, aut in eo emissæ professionis, seu cujusvis consuetudinis Fratres clericos ejusdem Ordinis in quibusvis functionibus publicis, quam privatis præcedere, & ne quicumque Superiores Ordinis prædicti id deinceps quoquo modo permittere auderent, seu præsumerent sub excommunicationis pœna ipso facto pro contrafacientes incurrenda sub certis modo, & forma tunc expressis Apostolica auctoritate statuit, ordinavit, & prohibuit, & alias prout in prædictis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

§. 1. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Ordinis Minorum de Observantia, & Reformatorum, necnon Tertii Ordinis ejusdem S. Francisci Regni Siciliae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi prædictarum literarum ejusdem Urbani Prædecessoris observantiam Superioribus Generalibus Ordinum hujusmodi per Nos præcipi summo opere desiderent, quemadmodum ab aliis omnibus regularibus, & ipsis ordinibus extra dictum Regnum servari asseritur: Nobis propterea dicti Exponentes quo graves perturbaciones, lites, ac controversiæ hac in re exortæ de medio tollantur, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationes dilectorum, etiam filiorum Commissarii Generalis Curie tam de Observantia, quam Procuratoris Generalis Reformatorum, & Tertii Ordinis hujusmodi viderunt, consilio, ut Superiores Regulares Ordinis prædicti imposterum Laicos, seu Conversos quoscumque ad professionem admittere nequeant, nisi antea coram testibus emittant votum, vel juramentum cedendi clericis præcedentiam, injuncta superioribus contrafacientibus privationis officii, & vocis activæ, & passivæ pœna ipso facto incurren. Laicis vero, seu Conversis sine prædicto voto, seu juramento profitentibus nullitatis professionis; & interim Superiores ejusmodi Laicos, seu Conversos ad observantiam prædictarum literarum Urbani Prædecessoris hac de re emanatarum, ut præfertur cogant, dicta auctoritate tenore præsentium ibidem statuimus, decernimus, & ordinamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes pariter easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque. Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die V. Julii MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmantur Constitutiones Urbani VIII., & Alexandri VII. super exemptione Hospitalium Fratrum Ordinis S. Joannis Dei ab Ordinariorum jurisdictione pro Congregatione Hispaniæ.

*Hac de re vide hic relatas Constitutiones Pauli V. ed. 1619. Mar. 16. Urb. VIII. ed. 1638. Jul. 9. P. 15. Alex. VII. ed. 1658. Nov. 6. P. 4. Et 1659. Nov. 5. P. 5. ab Inn. XII. Const. ed. 1693. Maji 20. P. 2. concessa fuit exemptio a processibus. Et Bened. XIII. Const. ed. 1724. Sept. 13. P. 1. confirmantur Privilegia concessa ab Urb. VIII. & nova conceduntur.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**I**njuncti Nobis cælitus Pastoralis officii sollicitudo nos admonet, ut ea, quæ ad Sacramentum

Statutum de observantia d. Constitutionis, & de juramento præstato a laicis sub certis pœnis.

Clausulæ.

X.

Dat. 8. Julii  
1721. An. 1.

Exordium.

Religio-

Dat. 5. Julii  
1721. An. 1.

Ab Urb. VIII. vetitum fuit sub excommunicationis pœna, ne Laici præcederent Clericos Min. de Observ.

Preces præd. Fratrum Regni Siciliae pro observ. Constitutionis Urbani VIII.

Religionum, & Congregationum uberes bonorum operum fructus in Ecclesia Dei ad illius laudem, & gloriam, pauperumque solamen & subsidium proferre jugiter satagentium favorem ex hujus S. Sedis providentia emanata noscuntur, quo firma semper, atque illibata persistant Apostolici muniminis praesidio roboremus.

A Paulo V. exempta fuit d. Congregatio ab Ordinariis jurisdictione.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Congregationis Hispaniae Ordinis S. Joannis Dei, quod dudum felicis re. Paulus PP. V. Praedecessor noster inter alia dietam Congregationem, omnesque & singulas ejus Domos, Superiores, etiam majorem, & fratres, ac personas, & ministrantes tam in Italia, quam in Hispaniis, aliisque Mundi partibus consistent, ac tam eatenus fundatas, quam de caetero fundandas, in his dumtaxat, quae Regularia instituta juxta ejus Constitutiones a Sede Apostolica approbatas, & confirmatas concernebant, a superioritate, visitatione, correctione, & etiam obedientia Ordinariorum locorum, itant Religiosi dictae Congregationis regularibus Institutis suis sese conformare deberent, salvis in reliquis tam Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decretis, quam Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum tunc suorum literis in favorem ordinariorum emanatis, quibus nullatenus derogare, quinimo eas in suo robore, & firmitate permanere intendebat penitus, & omnino perpetuo exemit, absolvit, & liberavit, ac eos in praemissis dumtaxat ab omnimoda Ordinariorum locorum jurisdictione perpetuo exemptos fore, & esse declaravit, ipsisque Ordinariis, & eorum cuilibet, etiam Cardinalatus honore praesulgerent, ne deinceps in illis, quae observantiam, disciplinam, & Instituta Regularia Congregationis hujusmodi, ut praefertur concernebant, praeterquam in Casibus in Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino, ac literis Apostolicis praedictis quomodolibet contentis se immiscere, & intromittere valerent, seu praesumerent, districte praecipit, & inhibuit, & alias prout in ipsius Pauli Praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 16. Martii 1619. expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

§. 2. Et subinde re. me. Urbanus PP. VIII. etiam Praedecessor noster per alias suas itidem in simili forma Brevis expeditas literas, ut quoad dictae Congregationis Conventus, & Hospitalia in quibus essent duodecim Religiosi, Episcopi nullatenus se ingererent, declaravit, & decrevit, prout in ipsius Urbani Praedecessoris literis desuper confectis, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Urbani VIII. Constitutio, qua Conventus, ubi non sunt 12. Religiosi, Ordinariis jurisdictioni in nonnullis dumtaxat subijciuntur.

§. 3. *Urbanus PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam.* Cum sicut alias dilectus filius Angelicus Rampuela Congregationis B. Joannis Dei Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit per quamdam fel. rec. Pauli V. prohibeatur expresse ne plures ad habitum, & professionem per fratres dictae Congregationis suscipi, & emitti solitam admittantur quam Infirmorum, & miserabilium personarum necessitas exigat, ac per aliam constitutionem Pii V. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum statuatur, ut quidquid Congregatio hujusmodi fratres acquirunt non sibi, exceptis dumtaxat victu, & vestitu, sed pauperibus infirmis, & Hospitalibus, ad quorum servitium particulari Instituto, ac voto obstringuntur acquirant, indeque pateat dictam Congregationem non parum ab aliis Religionibus circa libertatem, & facultatem duodecim Religiosos in singulis ejus Conventibus, & Hospitalibus deputandis differre, Nobis propterea dictus Angelicus supplicari fecit, ut praedictam congregationem minime comprehensam esse sub Decreto auctoritate nostra hac de re

die 21. Junii 1625. inter Decreta de celebratione Missarum §. *Deinceps* edito declarare, ac alias, ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Angelicum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum Consilio, Apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus, ac decernimus, ut quod dicta Congregatio, Conventus, & Hospitalia, in quibus erunt 12. Religiosi Episcopi nullatenus se ingerant, & quoad illos Conventus, & Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis superiore ad revisionem computorum administrationis eorumdem Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra Personas in nihilo prorsus se immisceant. Non obstantibus praedictis Decreto, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis super numero Religiosorum in quolibet Monasterio, aut Conventu constituendo, ac quatenus opus sit dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Julii 1628. Pontificatus nostri Anno Decimo-quinto.

§. 4. Ac postmodum similis me. Alexander Papa VII. itidem Praedecessor noster ex eo, quod sibi tunc existentes Fratres Congregationis hujusmodi se ejusdem Urbani Praedecessoris literarum tenore indigere, significari fecerant, ipse Alexander Praedecessor eandem Urbani Praedecessoris literis in forma provisionis nuncupat. toto illarum tenore inserto de verbo ad verbum transcribi mandavit, prout in ejusdem Alexandri Praedecessoris literis, in hunc, qui sequitur modum.

§. 5. *Alexander PP. VII. Ad futuram rei memoriam.* Provisionis nostrae debet provenire subsidio, ut justum unicuique conservetur proinde Nos tenore quarumdam literarum in forma Brevis se. re. Urbani PP. VIII. in favorem fratrum Congregationis S. Joannis Dei emanatarum, & in Secretaria Nostra tunc ipsius Urbani Praedecessoris reperatarum de verbo ad verbum transcribi, & praesentibus adnotari fecimus, ex eo, quod fratres Congregationis hujusmodi se tenore praedicti indigere Nobis nuper significari fecerunt, qui quidem tenor talis est, videlicet. Urbanus PP. VIII. ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut alias dilectus filius Angelicus Rampullus Congregationis B. Joannis Dei Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit per quamdam se. re. Pauli V. prohibeatur expresse ne plures ad habitum & professionem per fratres dictae Congregationis suscipi, & emitti solitam admittant, quam Infirmorum, & miserabilium personarum necessitas exigat, ac per aliam Constitutionem Pii V. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum statuatur, ut quidquid Congregatio hujusmodi fratres acquirunt non sibi, exceptis dumtaxat victu, & vestitu, sed pauperibus infirmis, & Hospitalibus, ad quorum servitium particulari Instituto, ac voto obstringuntur, acquirant, indeque pateat dictam Congregationem non parum ab aliis Re-

Alexan. VII. Constitutio in qua referitur relata Urbani Constitutio, etque omnem fide praestandam esse, mandatur.

Constitutio Urbani VIII. iterum referatur.

ligionibus

ligionibus circa libertatem, & facultatem 12. Religiosos in singulis ejus Conventibus, & Hospitalibus deputandi differre Nobis propterea dictus Angelicus supplicari fecit, ut prædictam Congregationem minime comprehensam esse sub Decreto auctoritate Nostra hac de re die 21. Junii 1625. inter Decreta de celebratione Missarum S. Deinceps edita declarare, ac alias, ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur eundem Angelicum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, & decernimus, ut quoad dicta Congregationis Hospitalia, & Conventos in quibus erunt 12. Religiosi, Episcopi nullatenus se ingerant, & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insimul cum Provinciali vel alio majori ejusdem Congregationis superiore ad revisionem computorum administrationis eorumdem Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra Personas in nihilo prorsus se immisceant. Non obstantibus prædictæ Congregationis ac quibusvis aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis super numero Religiosorum in quolibet Monasterio, aut Conventu constituendo, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Julii 1638. Pontificatus Nostri Anno XV. Cæterum, ut tenor hujusmodi sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, volumus, ut illud idem robur, eandemque vim, & eundem vigorem in judicio, vel alibi ubicumque fuerit offensus in omnibus, & per omnia habeat, quem habent originales literæ prædictæ, ac illis pariter stetur, sicut eidem literis staretur si forent exhibitæ, & offensæ; per præsentem autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Novembris 1658. Pontificatus nostri Anno Quarto. G. Gualterius.

§. 6. Ac successive idem Alexander Prædecessor per alias pariter suas in eadem forma Brevis expeditas literas confirmavit Decretum per Congregationem tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum editum, per quod eadem Cardinalium Congregatio, propositis in ea nonnullis dubiis, censuerat earumdem Urbani Prædecessoris literarum dispositionem in omnibus observandam esse, prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis dicti Decreti confirmatoris tenoris sequentis, videlicet.

§. 7. Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus Paganus Congregationis Fratrum Beati Joannis Dei Procurator Generalis, quod licet dudum sel. rec. Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis literas 9. Julii 1638. expeditas de tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio declaraverit, ac decreverit, ut quoad dictæ Congregationis Conventus, & Hospitalia, in quibus forent 12. Religiosi, Episcopi nullatenus se ingererent, & quod illos Conventus,

seu Hospitalia, in quibus foret minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possent insimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computorum administrationis eorumdem Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra Personas in nihilo se immiserent. Venerabilis nihilominus Frater Archiepiscopus Calaritanus Superioritatem in Hospitalia Congregationis prædictæ intra fines Diocesis Calaritanensis existentia, illaque tum quoad alia quæcumque sibi subiecta esse prætendit; hacque occasione nonnullas dubitationes per Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. Congregationis Concilii Tridentini Interpretum resolvi petiit, super quibus emanavit Decretum ejusdem Congregationis Cardinalium; prout continetur in Scriptura tenoris, qui sequitur, videlicet: Calaritana. Supplex petiit Archiepiscopus Calaritanus infra scriptas dubitationes per hanc Sacram Congregationem resolvi. Primo. An Fratres B. Joannis Dei a Magistratu Civitatis vocati, & additi servitio Hospitalis; cujus se ipse Magistratus protectionem gerere prætendit, sint exempti a visitatione Archiepiscopi in his, quæ versantur circa administrationem, & rationem bonorum reddendam. Secundo. Quomodo procedendum contra dictos Religiosos se opposcentes dictæ visitationi virtute privilegiorum. Tertio. An dicti Religiosi prætermissa juxta formam Sac. Concilii licentia Ordinarii in primarum fundatione, & receptione sint nihilominus exempti a jurisdictione Archiepiscopi circa regularem observantiam, & Personarum maxime dilapidando bona Hospitalis, vel scandalose vivendo - Die 27. Septembris 1659. Sacra Congregatio EE. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit servandam in omnibus dispositionem Brevis Urbani VIII. editi 9. Julii 1638. F. Cardinalis Paulinus Præfectus. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Paulus Decretum hujusmodi pro firmiori illius robore, & efficacia Apostolica Confirmationis nostræ Præsidio communiri summo opere desideret. Nos ipsum Paulum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Novembris 1659. Pontificatus Nostri anno Quinto. S. Ugolinus.

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præmissa a memoratis Urbano, & Alexandro Prædecessoribus tamen provideo, pru-

Decretum  
d. Congrega-  
tionis.

Causa con-  
firmandi re-  
censitas Con-  
stitutiones,

Alex. VII. al-  
tera Consti-  
tutio, in qua  
refertur De-  
cretum Con-  
gregationis  
Conc. de ser-  
vanda Con-  
stitutione Ur-  
bani VIII. il-  
ludque con-  
firmatur.

& preces Fratrum Congregationis Hispania.

dentique fuerint constituta consilio, nihilominus nonnulli Hispaniarum Archiepiscopi, & Episcopi non attentis praeiudiciis, aliisque Romanae Curiae resolutionibus, Decretis, & Decisionibus, Domos, & Hospitalia Congregationis S. Joannis Dei hujusmodi abusum, intrusionem, & possessionem illa visitandi, allegantes, visitare praesumant. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut literas praesertim pro firmiori eorum subsistentia nostri muniminis praesidio fulcire de benignitate Apostolica dignemur. Nos ipsis exponentibus specialem gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui votum bo. me. Joannis Dominici ejusdem S. R. E. Cardinalis Paraciani nuncupati, dum vixit dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectoris viderunt, ac relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis eisdem Cardinalibus factam audiverunt consilio praesertim Urbani, & Alexandri Praedecessorum literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Confirmatio Constitutionum Urban. VIII. & Alex. VII.

Clausula.

§. 9. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae dicti Urbanus, & Alexander Praedecessores in suis respective literis voluerunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VIII. Julii MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XI.

Confirmantur Constitutiones Gregorii XV. Urbani VIII., Clementis IX., & X., ac Innocentii XI. quibus concessa, & confirmata fuere Hospitali B. M. Theutonicorum Privilegia Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

*Hujusmodi Constitutiones editae fuerunt 1622., Dec. 23., 1624., Jan. 19., 1668., Jun. 19., 1670. August. 30., & 1677. Januar. 8. Hujus Pontificis Const. ed. 1721., Nov. 10., Pont. I., confirmatur Constitutio Pii V. de quibusdam aliis privilegiis.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili Divinae Sapientiae, atque Clementiae arcano in Apostolicae dignitatis fastigio constituti, illa, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris in favorem Ordinum Militarium ad Christiani nominis tutelam pie, salubriterque institutorum fidei dispensatione, prudentique liberalitate emanarunt, ut firma semper, atque stabilia persistant, Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur libenter roboramus.

§. 1. Dudum siquidem felic. rec. Gregorius Papa XV. Praedecessor Noster omnia, & singula privilegia, Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & gratias tam per se, Sedemque Apostolicam, quam per re. me. Leonem X., Clementem VII., Paulum III., Pium IV., Pium V., Gregorium XIII., Sixtum V., Gregorium XIV., Clementem VIII., & Paulum V. Romanos Pontifices similiter Praedecessores Nostros dilectis filiis Magno Magistro, & Conventui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, illiusque Prioribus, Bajulivis, Praeceptoribus, Commendatariis, Fratribus militibus, Subditis, Vassallis, Colonis, & Presbyteris curam animarum exercitibus concessa, & respective confirmata, Hospitali Domus Beatae Mariae Theutonicorum, ejusque Magistro, Prioribus; Bajulivis, Praeceptoribus, Commendatariis, Fratribus Militibus, Subditis, Vassallis, Colonis, ac Presbyteris curam animarum exercitibus concessit, decernens Hospitali Beatae Mariae Theutonicorum, illiusque Magistrum, Priores, Bajulivos, Praeceptores, Commendatarios, Fratres Milites, Subditos, Vassallos, Colonos, & Presbyteros nullis aliis privilegiis, gratis, & Indultis, quatenus in hujusmodi concessione non comprehenderentur quovis praetextu, & ex quacumque causa uti, frui, & gaudere posse, nec debere, quinimo illa omnia cessare, ac irrita, & nulla, nulliusque roboris, & momenti esse, & fore, prout in dictis Gregorii Praedecessoris in forma Brevis desuper sub die 23. Decembris 1622. expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, plenius continetur. Et subinde pia mem. Urbanus VIII., Clemens IX., Clemens X., & Innocentius XI. Romani Pontifices, etiam Praedecessores Nostri per suas pariter in forma Brevis die 19. Januarii 1624., & die 19. Junii 1668., ac die 30. Augusti 1670., necnon die 8. Januarii 1677. respective expeditas literas quarum tenores praesentibus itidem haberi volumus, pro expressis, jam dictas Gregorii Praedecessoris literas sub certis modo, & forma tunc expressis confirmarunt, & approbarunt.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Noster Damianus Hugo S. R. E. Cardinalis de Schonborn nuncupatus Ecclesiae Spiren. ex concessione, & dispensatione Apostolica Praesul pro parte dilectorum filiorum Magni Magistri, & Fratrum Militum dicti Hospitalis B. Mariae Theutonicorum, cujus dictus Damianus Hugo Cardinalis, & Praesul ex simili concessione, & dispensatione Magnus Praeceptor, seu Commendatarius existit, Nobis nuper exposuit, praefatae quidem Gregorii XV., ac Urbani VIII., Clementis IX., & Clementis X., ac Innocentii XI. Praedecessorum literae in viridi sint observantia, quia tamen firmiora sunt ea, quae frequentiori Sedis Apostolicae praesidio roborantur, idem Magnus Magister, & fratres milites literas hujusmodi Apostolicae Confirmationis Nostrae patrocinio communiri summo opere desiderant. Nos ipsorum Magni Magistri, & Fratrum Militum votis quantum cum Domino possumus, favo-

Dat. 24. Julii 1721. Ann. 1.

Exordium.

A Greg. XV. concessa fuerunt praed. privilegia, & ab aliis relictis Pontificibus confirmata.

Preces Magni Magistri, & Fratrum Militum.

rabili-

rabiliiter annuere, eosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, prædictas Gregorii XV., ac Urbani VIII., Clementis IX. Clementis X., & Innocentii XI. Prædecessorum literas, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Decernentes præsentem literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod locorum Ordinarii ad hoc vocati non fuerint notari, impugnari, vel invalidari ullatenus posse, minisque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse sicque ab omnibus censerent, & ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quo circa Venerabilibus fratribus Moguntin., & Salisburgen. Archiepiscopis, ac dilecto filio Casarum Curie Camera Apostolicæ generali Auditori per præsentem committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Magistris, & Militum, ac fratrum d. Hospitalis Beate Mariæ Theutonicorum fuerint requisiti, solemniter publicantes; eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præsentium literarum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permitentes eos per Ordinarios præfatos, aut quoscumque alios contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his haberi. servatis processibus censuras, & pœnas hujusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando. Interdictumque Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachii secularis.

§. 5. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ dicti Gregorius, & Urbanus, Clemens IX., Clemens X., & Innocentius XI. Prædecessores in suis literis prædictis respective voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, & excommunicari non posse nisi per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Eorundem autem Prædecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, volumus, quod Pii V. 22. Septembris anno Sexto & Gregorii XIII. sub annulo Piscatoris 25. Novembris Anno Nonno, necnon Gregorii XV. Prædecessorum prædictorum sub datum Nonis

Februarii anno Secundo Pontificatum suorum expeditis literis in suo robore, & efficacia permanentibus, præsentem literam non comprehendant, neque Ecclesias, neque personas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus Decreta Concilii Tridentini, ac in prædicta Gregorii XV. Constitutione contenta omnino servari debeant; Ac quod præsentium literarum transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in judicio, & extra illud ubique locorum plena, & indubitata, eademque prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Julii MDCCXXI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Conceduntur Exprovincialium Privilegia Fratribus de Observ. Reformat. Pœnitentiariis Minoribus S. Joannis in Laterano de Urbe.

Eadem Privilegia concessa fuere Missionariis in Ethiopia a Clem. XI. Const. ed. 1704. Jan. 2. P. 5.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex omnium Christianissimum curæ suæ divinitus commissorum, & præsertim illorum, qui in Ecclesia Dei strenue laborant, merita æqua lance librans, congrua singulis laborum præmia constituere studet, sicut justitiæ, & æquitati consentaneum esse in Domino arbitratur.

§. 1. Cum itaque, sicut Venerabilis frater Noster Fabritius Episcopus Albanen. S. R. E. Cardinalis Paulutius nuncupatus, qui alias Majoris Pœnitentiarii Officium obivit, necnon dilectus filius Noster Bernardus Maria ejusdem S. R. E. Cardinalis de Comitibus etiam nuncupatus noster secundum carnem Germanus Frater in eodem Officio successor Nobis nuper exposuerunt, æquum non videatur, ut Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum per Nos, & dictum Bernardum Mariam Cardinalem nunc, & pro tempore existentem Majorem Pœnitentiarium ex diversis prædicti Ordinis Provinciis, Linguis, & Nationibus, ad munus Minorum Pœnitentiariorum in Ecclesia Sancti Joannis in Laterano de Urbe pro suo quisque idiomate exercendum assumpti, qui assiduum, laudabilemque ibidem pro animarum salute operam exhibent, majoremque vitæ partem in eorum Officiis traducunt, quoscumque gradus, & dignitates in ejusmodi provinciis consequendi spe frustrati remaneant, cupiantque propterea iidem Fabritius Episcopus, & Bernardus Maria Cardinales Fratribus Minoribus Pœnitentiariis prædictis opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri. Nos eorundem Fabritii Episcopi, & Bernardi Mariæ Cardinalium Majoris Pœnitentiarii, qui votum dilectorum filiorum Officialium Signaturæ Officii Pœnitentiariæ Apostolicæ super præmissis audiverunt, desiderio, & precibus Nobis super hoc humiliter porrectis favorabilem assensum præbere cupientes, ac etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut de cætero Fratres Pœnitentiarii Minores ex diversis Provinciis, Linguis, & Nationibus, sicut præsertim, assumpti, & pro tempore assumendi, qui laudabilem vitam in eorum Collegio vixerint, & servitium, ac ministerium hujusmodi

XII.

Dat. 1. Sept. 1721. An. 1.

Exordium.

Preces Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, & causa præsentis concessionis.

III

Concessio præd. etiam motu proprio facta Pœnitentiariis decennialibus sub nonnullis conditionibus.

Confirmatio  
censurarum  
Constitutio-  
num.

Clausulæ  
particulares  
cum execu-  
torum depu-  
tatione.

in prædicta Ecclesia Sancti Joannis in Laterano Sedi Apostolicæ juxta Ordinationes, & statuta Collegii dictorum Pœnitentiariorum per Cardinales Majores Pœnitentiariorum Prædecessores edita, vel pro tempore existentem Cardinalem Majorem Pœnitentiariorum edenda decennii spatium præstitit (de quorum tamen adimplemento, & requisitis idem pro tempore existens Cardinalis Major Pœnitentiariorum pro ejus arbitrio, & conscientia superioribus ipsius Ordinis testimonium exhibeat) reversi deinde ad proprias Provincias de licentia ejusdem Cardinalis Majoris Pœnitentiariorum, omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, & præcedentiis, quibus Fratres Ordinis prædicti, qui Ministri Provinciales fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futuro, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si Provincialatus munere perfuncti fuissent, ita tamen, ut inter ipsos minores Pœnitentiariorum Apostolicos, & Exprovinciales servetur æqualitas, & quoad ordinem præcedentia sola prioritas, sive antianitas Paternitatis attendatur, tenore præsentium concedimus & indulgemus.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentis Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictorum Ordinis, & Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die I. Septembris MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIII.

Conceditur Custodi & Guardiano S. Sepulchri facultas conferendi Sacramentum Confirmationis.

*Inn. XI. Const. ed. 1678. Maji 25. P. 2. designatus fuit Conventus ubi Neapoli morari debeat Commissarius Terræ Sanctæ. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727. Mar. 3. P. 3. confirmantur privilegia & indulgentiæ concessa Fratribus Terræ Sanctæ.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Cum ad infra-scriptam Cardinalium Congregationem delatum fuerit dubium - An Custos & Guardianus Sancti Sepulchri Domini Nostri Jesu Christi ex speciali hujus Sanctæ Sedis delegatione, & vigore nonnullorum privilegiorum per dilectos filios superiores Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum exhibitorum, necessarias facultates habeat conferendi Sacramentum Confirmationis. Nos pro commissa Nobis cælitus Pastoralis Officii cura omnes difficultates, ac in posterum dubitandi hac in re occasionem tollere cupientes, ac dilectum Filium Joannem Philippum a Mediolano Fratrem expresse profectum dicti Ordinis, ac Custodem, & Guardianum dicti Sancti Sepulchri specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes, auditis votis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum auctoritate Apostolica specialiter deputatorum, eidem Joanni Philippo Custodi, & Guardiano ejusdem Sancti Sepulchri durante ejus Officio, & pro locis Terræ Sanctæ tantum, ubi non erunt Episcopi Ritus Latini, in propria Diocesi residentes potestatem, & facultatem conferendi Sacramentum Confirmationis hujusmodi Oleo, & Chrismate etiam antiquis, si nova haberi non possint per Catholicum Antistitem gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente, benedictis, dicta auctoritate, tenore præsentium concedimus, & delegamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 1. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universilibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Septembris MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Constitutio Pii V. de exemptione ab oneribus ad instar Militum Hierosolymitanorum pro Militibus Theutonicis.

*Const. ed. 1721. Jul. 24. P. 1. confirmata fuerunt quamplurima alia privilegia.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Militantis Ecclesiæ regimini meritis licet imparibus divina dispositione præsidentes inter cæteras Apostolicæ servitutis curas in eam peculiari studio invigilamus, ut ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri in favorem Militarium Ordinum ad Sanctæ Fidei Catholicæ defensionem, & propagationem pie, salubriterque institutorum provide emanasse noscuntur, quo solidius perennent, Apostolici Muniminis præsidio cum id a Nobis petitur libenter corroboramus, aliasque disponimus, prout conspiciamus in Domino rationi esse consentaneum.

§. 1. Dudum siquidem a fa. me. Pio PP. V. Prædecessore Nostro emanarunt literæ in simili

Dat. 13. Sept. 1721. An. 1.

Causæ præsentis concessionis.

Concessio prædd. Joanni Philippo Custodi S. Sepulchri facta pro locis ubi non sint Episcopi Latini.

XIV.

Dat. 10. Nov. 1721. An. 1.

Exordium.

forma

1721. Pii Con-  
stitutio qua  
Milites Theu-  
tonici exi-  
muntur ab  
oneribus,  
quibus non  
sunt subiecti  
Milites Hie-  
rosolymita-  
ni.

forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet.  
*Pius Papa V. Ad futuram rei memoriam.* Pro-  
meretur fides, & devotio dilectorum filiorum  
Magistri, & Fratrum Militum Militiæ Beate  
Mariæ Theutonicorum, ut eos specialibus favo-  
ribus, & gratiis quantum cum Domino possumus,  
& libenter prosequamur. Hinc est, quod  
Nos precibus Magistri, & Militum Militiæ hu-  
jusmodi Nobis per dilectum filium Nobilem Vi-  
rum Comitem Prosperum ab Arcu ejusdem  
Militiæ Commendatorem, & Serenissimi Ma-  
ximiliani electi Imperatoris apud Nos, & Sedem  
Apostolicam Oratorem humiliter porrectis  
inclinati, Magistro, & Militibus Theutonicis  
prædictis, ut ipsi posthac eadem privilegia, Indul-  
ta, Immunitates, & exemptiones, quas, &  
quæ dilecti filii Magister, & Fratres Milites Mi-  
litiæ, seu Ordinis Hospitalis S. Joannis Hieroso-  
lymitani, in quibuscumque impositionibus Dec-  
imarum, subsidiarum, seu aliorum quorum-  
cumque onerum per Nos, & Sedem Apostolicam  
quo modolibet ex quibusvis etiam urgentissi-  
mis causis pro tempore impositionum quoquo mo-  
do habent, & eis utantur, potiuntur, fruun-  
tur, & gaudent, seu habere, uti, potiri, &  
gaudere possint, & debeant, auctoritate Apo-  
stolica tenore presentium concedimus pariter, &  
indulgemus, mandantes quibusvis impositionum  
hujusmodi Exactoribus, & Collectoribus, ne  
eisdem Magistrum, & Milites Theutonicos su-  
per solutione Decimarum, Subsidiarum, &  
aliorum quorumcumque onerum prædictorum  
contra tenorem presentium molestare, aut per-  
turbare audeant, vel præsumant, sed Nostras  
hæc litteras eis inviolabiliter observent, & ab  
omnibus firmiter observari curent, & faciant.  
Nos enim irritum decernimus, & inane quid-  
quid fecus a quoquam quavis auctoritate scien-  
ter, vel ignoranter contigerit attentari. Non  
obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis quibusvis statutis,  
& Consuetudinibus, etiam juramento, Confir-  
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia  
roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & liti-  
ris Apostolicis quibusvis personis quomodolibet  
in contrarium forsan concessis, & confirmatis,  
seu imposterum concedendis, & confirmandis.  
Quibus omnibus eorum tenores, ac si de verbo ad  
verbum infererentur, presentibus pro sufficien-  
ter expressis habentes, illis alias in suo robore  
permanens hac vice dumtaxat ad effectum præ-  
sentium specialiter, & expresse derogamus, cæ-  
terisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ  
apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 13. Mar-  
tii 1568. Pontificatus Nostri anno tertio.

Preces Car-  
dinalis Magni  
Præceptoris.

Confirmatio  
relatæ Con-  
stitutionis.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius noster  
Damianus Hugo S. R. E. Prasbyter Cardinalis  
de Schönborn nuncupatus, frater Miles, ac Ma-  
gnus Præceptor, seu Commendatarius Hospi-  
talis primordiatæ Militiæ Nobis nuper exposuit,  
ipse præinsertas Pii Prædecessoris litteras, quo  
serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis  
nostræ præsidio communiri, ac alias opportune  
ut infra a Nobis indulgeri summopere desideret.  
Nos ipsius Damiani Hugonis Cardinalis, & Ma-  
gni Præceptoris, seu Commendatarii votis hac  
in re favorabiliter annuere volentes, ejus sup-  
plicationibus Nobis super hoc humiliter porre-  
ctis inclinati de Congregationis nonnullorum  
ex Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardi-  
nalibus, & Romanæ Curie Prælatorum a Nobis  
specialiter deputatæ, consilio, præinsertas Pii  
Prædecessoris litteras cum omnibus, & singulis  
in eis contentis auctoritate Apostolica tenore  
presentium confirmamus, & approbamus, ac  
innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ fir-  
mitatis robur adjicimus, hac tamen adjecta de-  
claratione, ut sicuti in impositionibus, si non  
sunt expresse nominati fratres milites dicti Hof-

pitalis S. Joannis Hierosolymitani, non cen-  
sentur comprehensi, ita etiam fratres milites Theu-  
tonici nunquam censentur comprehensi nisi sint  
specialiter nominati.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus, &  
præinsertas litteras firmas, validas, & efficaces  
existere, & fore, suosque plenarios, & integ-  
ros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad  
quos spectat, & pro tempore spectabit in omni-  
bus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque  
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios  
& Delegatos, etiam Causarum Palatii Aposto-  
lici Auditores judicari, & definiti debere, ac  
irritum, & inane, si secus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tingerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, necnon om-  
nibus, & singulis illis, quæ in literis præinsertis  
concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis  
quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsen-  
tium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam  
impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis,  
& sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate consti-  
tuta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum  
habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si fo-  
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
sub annulo Piscatoris die X. Novembris MDCCXXI.  
Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Decretum Definitorii Gen. Eremitarum  
S. Augustini de reductione Magistrorum  
Provincia Castellæ.

*Auctus fuit numerus Magistrorum in Provincia Peruviana a Clemente XI. Const. ed. 1720, Oct. 20. P. 20. Et ab hoc Pontifice augetur in Provincia Chilen. Const. ed. 1723., August. 7. P. 3.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti filii fra-  
tres Provincia Castellæ Ordinis Eremitarum  
Sancti Augustini, quod cum in dicta Pro-  
vincia numerus quadraginta Magistrorum in Sa-  
cra Theologia, qui cum a Priore generali Or-  
dinis hujusmodi ex gratia, & abque designato  
numero provideantur, reperiatur, ad majorem  
quantitatem etiam multiplicari possunt, per  
dictum vero numerum dictæ Provinciae maxi-  
mum gravamen, & præjudicium inferatur, De-  
finitorio generali in ultimis generalibus Comi-  
tiis celebratis pro ejus reductione usque ad tri-  
ginta Magisteria in eadem Sacra Theologia, &  
quatuor de Pulpito, itaut ejusmodi numerus  
imposterum excedi, & alterari minime possit,  
supplicavit; Quandoquidem Provincia ipsa tan-  
tas vires sufficientes non habet pro submini-  
strandis vestitiis Magistris prædictis ultra di-  
ctum numerum triginta quatuor, & rursus, quia  
in celebratione Capitulorum Provincialium ma-  
jor erit numerus eorumdem Magistrorum, quam  
Priorum votum habentium, cum omnes Con-  
ventus non sint, quam numero triginta novem  
taliter, quod in Provincialibus Comitibus factio  
eorumdem Magistrorum Prioribus minime con-  
sideratis, pravalebit. Bene tamen verum est,  
quod cum omnes Magistri ascendant, ut præ-  
fertur, ad quadraginta, insuper in eadem sup-  
plicatione petatum fuit, quod idem Prior Ge-  
neralis alium instituere nequeat usquedum nu-  
merus ad triginta quatuor Magisteria redactus  
non fuerit; exceptis tamen quatuor de Pulpito  
tantummodo, quæ prædicta Provincia pro uni-  
ca vice modo institui posse instabat, ne, donec

Clausula.

XV.

Dat. 18. Nov.  
1721. An. 1.

Causæ, &  
modus redi-  
gendi Magi-  
steria ad 34.

petitus numerus reducatur, verbi Dei Prædicatores, qui necessariis requisitis præditi sunt, debita remuneratione ob impensum laborem frustrentur; reductione vero secuta, alius non admittatur, nisi in casum obitus, seu vacationis, & juxta modum, & formam a Constitutionibus Ordinis prædicti Apostolica auctoritate confirmatis præscriptum cum ea ponderatione, quod eatenus necessaria quoque est institutio circa dicta quatuor Magisteria de Pulpito, quia cum pluri experiantur, nullum posse assequi optatum præmium, libenter verbi Dei prædicationi non incumbunt, adeoque ut omni conatu ad ejusmodi pium exercitium accendantur, spe præmii alicui debent etiam cum assecutione Magisterii, ad quod tamen promoveri nequeant, nisi prius per sexdecim annorum cursum, quorum duodecim in principalioribus ejusdem Provinciae Conventibus, Verbum Dei prædicaverint, prævio Examine coram Examinatoribus in Conventu Sancti Philippi Ordinis prædicti Oppidi Matriti Tolitanen. Diocesis juxta ordinatum in eisdem Constitutionibus pro Lectoribus subeundo. Definitorium autem Generale his rationibus auditis edidit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- Decretum Capituli Generalis, ut sequitur -- Ego infra scriptus Secretarius Ordinis fratrum Eremitarum Sancti Patris Augustini fidem facio qualiter in Diffinitorio Capituli Generalis nuper celebrati exhibitus fuit libellus supplex nomine Provinciae Castellæ, quo petebatur, numerus Magistrorum præfate Provinciae redigeretur ad triginta in Sacra Theologia, & quatuor de Pulpito, itaut hujusmodi numerus in posterum excedere, & alterari minime possit. Cumque in præfenti omnes Magistri ascendunt ad quadraginta, petebatur. Quod P. Reverendissimus Generalis non possit alium instituere usquedum numerus non fuerit redactus ad triginta quatuor Magisteria exceptis tamen Lectoribus Salmanticensibus, & exceptis quatuor de Pulpito, quæ Provincia Oratrix petit pro unica vice modo institui posse, ne Prædicatores, qui sua habent requisita, sua defraudentur remuneratione. Cui supplicii libello Diffinitorii Generalis Patres albos calculos adjecerunt, & in præscriptum numerum triginta quatuor Magistrorum cum præfatis conditionibus consenserunt. In quorum fidem &c. Datum in Conventu S. Patris Augustini de Urbe die 26. Junii 1721. -- Magister Frater Hieronymus Augustinus Zazzeri Aretinus Ordinis Secretarius. -- Loco ✕ Sigilli.

Decretum Definitorii Gen. pro d. reductione a Patribus Provinciae petita.

Preces PP. Provinciae.

Confirmatio relati Decreti.

§. 1. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat ipsi Exponentes Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocini communiti plurimum desiderant, Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum seriè absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostri S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationes dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis super præmissis eisdem Cardinalibus factam, viderunt consilio, Decretum præfatum Capituli, seu Definitorii generalis reductionis numeri Magistrorum d. Provinciae ad triginta quatuor, intra quem numerum prima quatuor loca vacatura Concionatoribus requisita necessaria habentibus assignentur, auctoritate Apostolica tenore præsentium con-

firmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes eandem præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, & Provinciae, ac Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præfentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Novembris MDCCXXI, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Constitutio Urbani VIII. pro necessitatibus Locorum Terræ Sanctæ.

Clausula.

XVI.

Alia Hujus Constitutionis Confirmatio extat Clem. XI. Const. ed. 1701., Nov. 18., P. 1. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727., Mar. 11., P. 4. confirmantur privilegia, & indulgentia concessa personis Terræ S.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Salvatoris, & Domini Nostri, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, vices, licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, in eam præcipue pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbens, ut tanti, & tam salubris mysterii monumenta, quæ in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

§. 1. Cum itaque alias felic. rec. Urbano Papæ VIII. Prædecessori nostro exposito, quod Ecclesiæ, & alia loca pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia fere diruta erant, & quæ adhuc ibi existebant Monasteria ære alieno ob impiam Turcarum, hæreticorum, & Schismaticorum Tyrannidem, & pro Sanctæ fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto admodum gravata reperiebantur, idem Urbanus Prædecessor Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutuum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimæ temporibus, tam per Verbi Dei Prædicatores in suis sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessi-

Ab Urb. VIII. injunctum fuit Ordinariis, & Superioribus Religiosis, ut saltem bis in anno commendari deberent necessitates Terræ Sanctæ.

Dat. 21. Nov. 1721. An. 1.

Exordium.

tates

Preces Procuratoris Gener. Terræ S. pro confirmatione d. Constitutionis jam pluries confirmata.

Confirmatio præd. Constitutionis.

tates eorundem sacrorum monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in ipsius Urbani Prædecessoris Literis desuper in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. expeditis Literis, quarum tenorem præsentibus pro expresse haberi volumus uberius continetur; & sicut pro parte dilecti filii Emanuelis Fernandez del Rio Ordini Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Lectoris Jubilati, ac Excusatoris Provinciae Burgensis, necnon totius Sacrae Custodiae, ac Familiae Terræ Sanctae in Romana Curia Commillarii, & Procuratoris Generalis Nobis nuper expositum fuit ipse quo prædictæ Urbani Prædecessoris Literæ, quæ a recolent. me. Innocentio X., Clemente etiam X., Innocentio XI., Alexandro VIII., Innocentio XII., ac Clemente pariter XI. Romanis Pontificibus Prædecessoribus itidem nostris confirmatæ fuerunt exactius observentur, illas per Nos pariter confirmari, & innovari desideret: Nos eorundem Sacrorum monumentorum conservationi; & manutentioni consulere volentes, prædictas Urbani Prædecessoris Literas Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi prædicti in relatione status Ecclesiarum suarum, quando visitabunt limina Apostolorum, faciendâ, referant, se prædictis Urbani Prædecessoris, & presentibus Nostri Literis paruisse; contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. 2. Volumus insuper, ut earundem præsentium Literarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Novembris MDCCXXI. Pontificatus nostri anno Primo.

XVII.

Creantur 50. Pueri Honorarii occasione solemnium Equitatus in Comites Palatinos, & auratæ Militiæ Equites.

*Dilecto Filio Alexandro Casali Romano.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Dilectæ fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Dat. 15. Dec. 1721. ann. 1.

Exordium.

EX Romani Pontificis beneficentia provenire dignum est, ut qui erga illum devotionis, & obsequii signa demonstrant, iidem ab ipso Romano Pontifice honoribus, & gratiis decorentur.

Causa hujusmodi Creationis.

§. 1. Cum itaque nuper in solemnium equitatione, qua nos insigni S. R. E. Cardinalium Antistitium, Procerum, ac Officialium, Ordinumque Romanæ Curie comitatu pompa celebri, & multorum Adolescentulorum nobilium, seu puerorum honorariorum ad latus nostrum adstantium, corona stipati, lætica e Palatio nostro Vaticano, ad Ecclesiam Sancti Joannis Lateranen., ut moris est, processimus, Tu unus ex Adolescentulis, seu pueris honorariis hujusmodi extiteris, Nos propterea ut aliquod paterni nostri affectus in familia tua extet monumentum, Te peculiari benevolentia Nostræ favore prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effe-

ctum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera liberalitate Nostri, Te auratæ militiæ Equitem, ac Aulae Lateranenensis, & Palatii Apostolici Comitem, tenore præsentium facimus, & creamus, Teque aliorum Equitum, & Comitum hujusmodi numero, & consortio favorabiliter aggregamus. Tibique, ut Torquem aureum, & Ensem, & auratam Calcaria gestare, necnon omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indultis, exemptionibus, & prerogativis, quibus alii Equites, & Comites hujusmodi de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo (citra tamen exemptiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas) uti, frui, & gaudere libere, & licite valeas, earundem tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XV. Decembris MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

*Similis pro singulis aliis pueris honorariis juxta Notulam introclusam. Datum ut in præcedenti.*

*Nomina aliorum Puerorum honorariorum.*

Franciscus Olivieri Miles nondum Professor Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani.  
Joannes Hieronymus Olivieri Frani Miles Militiæ SS. Mauricii, & Lazari.  
Comes Franciscus Simonetti.  
Fantozzi.  
Cajetanus Terzi.  
Dominicus de Effectibus.  
Franciscus Eleonori.  
Ruggerius Falzacappa.  
Bernardinus Bernardini.  
Ludovicus Casali Nobilis Romanus.  
Innocentius Muti Nobilis Romanus.  
Vincentius Muti Nobilis Romanus.  
Cosmus de Angelis.  
Bonacorsius Bonacorsi.  
Marius Orsini.  
Paulus Ciogni.  
Cajetanus Rita.  
Paulus Costa.  
Hieronymus Mignanelli.  
Comes Andreas Piazza.  
Joannes Baptista Justiniani.  
Michael Angelus Magnoni.  
Franciscus Narici.  
Joannes Crivelli.  
Antonius Crivelli.  
Hieronymus Ercolani.  
Nicolaus del Majo Frater Miles nondum professor Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani.  
Carolus Bentivolo.  
Felix degi'Atti.  
Carolus Pozzi.  
Joannes Guglielmus Valignani.  
Horatius Amadei.  
Erminegildus del Cinque.  
Philippus Antomori.  
Dominicus Papetti.  
Michael Narici.  
Alexander Orsini.  
Alexander Sarazzani.  
Paulus Benedetti.  
Octavius Carletti.  
Diomede Cerichelli.

Creatio præd. motu proprio facta.

Clausula.

Felix Sandali.  
Dominicus Simonetti.  
Tiberius Aftalli.  
Joannes Maria Torri.  
Comes Franciscus Piazza.  
Franciscus Gerardini.  
Paulus Hieronymus Torre.

Febr. 14., P. 2. nulla declarantur gesta a Seculari Potestate in Sabaudia, & Pedemontio adversus Monasterium Magnum S. Bernardi.

Venerabili Fratri Episcopo Constanien.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

XVIII. Statuitur, ut Festum S. Antonii de Padua sit de Præcepto in Hispaniarum, & America Regnis.

A Clemente XI. Const. ed. 1708., Dec. 6. P. 2. mandatum fuit ut Festum Conceptionis B. M. ubique de præcepto servaretur.

Dat. 27. Janu. 1722. Ann. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Credita Nobis Cælitus dispensationis ratio exigit, ut piis Orthodoxorum Regum, & Principum pietatis, aliarumque Christianarum virtutum decoribus multipliciter fulgentium votis ad augendam in Terris Sanctorum cum Christo in Cælesti Hierusalem regnantium qui tradita sibi talenta non defoderunt in Terram, sed uberi bonorum operum fructu multiplicarunt, venerationem laudabiliter tendentibus favorabilem assensum paterna benignitate præbeamus.

Preces Regis Catholicæ, & causæ statuti.

§. 1. Cum itaque sicut pro parte Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper expositum fuit, ipse Philippus Rex pro singulari sua, Subditorumque suorum in Hispaniarum, & America Regnis eidem Philippo Regi subiectis degentium erga Sanctum Antonium de Padua Confessorem devotione, festum ejusdem Sancti Antonii in dictis Regnis de præcepto servari plurimum desideret. Nos devota, grataque animi intentione considerantes quod idem Sanctus illustra Sanctitatis Sæe monumenta reliquerit, & quot miraculis, quæ Divina bonitas, ejus intercessione operari dignata est eximie claruerit, ac proinde piis, enixisque memorati Philippi Regis precibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut perpetuis futuris temporibus festum ejusdem Sancti Antonii de Padua in memoratis Regnis, & Dominiis tamquam de præcepto servetur, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Statutum præd.

Clausula.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die XXVII. Januarii MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIX.

Declaratur nullum Edictum Senatus ac Magistratus Lucernæ super moderatione subsidiorum dotalium, livellorum, aliarumque expensarum, Monialium, cum nonnullis Ordinationibus.

A Clem. XI. Const. edit. 1718. Dec. 10. P. 19. nullus declaratus fuit Tractatus Pacificationis inter Abbatem S. Galli, & Magistratus Bernen. & Tigurin. Et a Bened. XIII. Const. ed. 1726.,

Romanus Pontifex in sublimi Apostolicæ Sedis specula cum potestatis plenitudine a Domino constitutus, Ecclesiæ Jura ubique facta tueri, ac adversus quæcumque per quæ illis aliquid detrimenti inferri dignoscitur, tradita sibi Divinitus auctoritate vindicare tenetur, sicut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, æquitati, & justitiæ, rectoque Ordini consentaneum esse in Domino arbitrat.

§. 1. Ad Nostri siquidem Apostolatus notitiam non sine gravi animi nostri molestia pervenit, quod nomine Moderni Prætoris, & Senatus, necnon Magistratus C. centum nuncupat. Oppidi Lucernæ istius Constanien. Diocæs. proderit quoddam Decretum, sive edictum non ita pridem evulgatum, quo inter alia Superiorissis Monasteriorum Monialium in eodem Oppido ejusque Dominio consistentium modus, & forma indicitur, quem de cætero in admissione, & receptione earumdem Monialium sequi, & servare debeant, ac subsidiorum, seu Eleemosynarum dotalium quantitas deinceps solvenda præscribitur, aliaque circa livellos, annualesque præstationes ipsis Monialibus assignandas, & expensas occasione earum Monachationis faciendas non minus temere, quam nulliter statuuntur, & ordinantur, prout in memorato Decreto, sive edicto, cujus tenorem non quidem illud approbandi, sed prorsus reprobandi animo præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus plenius dicitur contineri.

§. 2. Cum autem præmissa, ad quæ iidem Prætor, & Senatus, ac Magistratus manum in messem alienam extendentes, damnabiliter devenerunt, Ecclesiasticam libertatem, ac jurisdictionem Dei Ordinatione, & Canonice Sanctionibus constitutam aperte læserint, & lædant, nec ullo modo perferri, aut dissimulari valeant. Hinc est, quod Nos ex debito Pastoralis officii quod humilitati nostræ meritis licet, & viribus longe impari commisit Divina Dignatio prædictæ Ecclesiæ jura a pernicioso hujusmodi laicorum conatibus illæsa, & ilibata conservare cupientes, Decretum, sive edictum præfatum, sicut præmittitur, promulgatum, aliave quæcumque in præmissis, seu eorum occasione in præjudicium libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ quovis modo acta, gesta, & ordinata cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque secuturis penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, & a non habentibus potestatem attentata, & de factis præsumta, nulliusque prorsus roboris, & momenti esse & perpetuo fore auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus; Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula harum serie itidem perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolutis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolutis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus.

§. 3. Distinctius propterea, ac in virtute Sanctæ obedientiæ mandantes omnibus, & singulis Abbatissis, Priorissis, ac quocumque alio nomine nuncupentur Superiorissis Monasteriorum Monialium hujusmodi, ipsisque Monialibus, aliis-

Dat. 27. Mart. 1722. An. 1.

Exordium.

Epitome Edicti, in quo determinantur Monialium subsidia Dotalia, Livella aliaque expensæ ab earum confanguineis faciendæ.

Causæ sequentis declarationis.

Declaratio nullitatis recentis Edicti, cum illius revocatione.

Mandatum hujus Constitutionis publicatio, & observantia sub poena Interdicti.

ve eorumdem Monasteriorum Superioribus, Economicis, administratoribus, & personis, ad quas ea res spectat, & pro tempore spectabit, etiam speciali mentione dignis, ne juxta præfati Decreti, seu Edicti tenorem puellas, aliasque Mulieres ad habitum, aut professionem Regulares recipiant, & admittant, vel alias eidem Decreto, seu Edicto quoquo modo pareant, sub Interdicti Ecclesiarum ipso facto absque alia declaratione per transgressores incurrenda pœna, cujus relaxationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat specialiter reservamus, ac proinde fraternitati tuæ per eandem præsentem injungimus, quatenus hanc nostram declarationem, annullationem, & prohibitionem, cæteraque præfata Abbatissis, Priorissis, Superiorissis, Monialibus, aliisque personis prædictis quamprimum pronunciari, & ad earum notitiam pervenire cures, ipsarumque præsentium literarum exemplum authenticum in actis Curie tuæ Episcopalis ad perpetuam rei memoriam registrari, & servari mandes.

§. 4. Cæterum cum sicut etiam accepimus, nonnulli in Puellarum, & Mulierum prædictarum receptione ad habitum, & professionem hujusmodi in dictis Monasteriis abusus ob excessivam subsidiorum, seu elemosynarum dotalium, livellorum, annuarumve præstationum, aliarumque expensarum ea occasione fieri solitarum quantitatem, quibus in hisce præsertim rerum, & temporum difficultatibus illarum Parentes, & Consanguinei ægre subvenire valent, irreperint, pro paterna, quam in omaes Christianos gerimus cura, & sollicitudine opportunum desuper remedium adhiberi volentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, & Religionis zelo plurimam habentes in Domino fiduciam, eidem fraternitati tuæ harum serie committimus, & mandamus, ut singulorum Monasteriorum Oppidi, & Domini prædictorum redditibus, & oneribus prius diligenter inspectis, numero Monialium in quolibet Monasterio per Decreta Sacri Concilii Tridentini præscripto, præsentiumque temporum conditione mature consideratis, eadem subsidia, seu elemosynas dotalis in unoquoque ex Monasteriis hujusmodi tamen ab Ordinariorum jurisdictione exempta, & dictæ Sedi immediate subiecta forent, imposterum contribuenda, pro tuo arbitrio, & conscientia auctoritate nostra prædicta statuas, taxes, & determines; livellis quoque, annuive præstationibus Monialium, in iisdem Monasteriis deinceps recipiendarum, quatenus necessaria, atque Religionis usu receptæ sint modum imponas, ac certam, & moderatam taxam constituas; expensas vero, seu contributiones, quas cum Moniales ad habitum, vel professionem admittuntur, sive pro conviviis, sive in utilitatem Sacristiæ, aut ipsorum Monasteriorum, non sine gravi earum Parentum, & Consanguineorum dispendio, & incommodo hæcenus fieri mos invaluit, pro tuo pariter arbitrio, & conscientia modereris, seu reformes. Nos enim quancumque necessariam, & opportunam ad præmissa facultatem, & potestatem tibi auctoritate, & tenore prædictis tribuimus, & imperimus.

§. 5. Decernentes sic, & non aliter in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & futuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon prædictorum Monasteriorum, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac usibus, & styliis etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Monasteriis, illorumque Superiorissis, Monialibus, & aliis quibusvis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVII. Martii MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Publicantur Literæ Processus die Cœnæ Domini.

XX.

Eadem Litera publicata fuere a Clem. XI. Const. ed. 1701. Mar. 24. P. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Dat. 2. April.  
1722. An. 1.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholice fidei, & sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda, maxime elucet, nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumventionem erroris: sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vitæ societate, & communione ladant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri Successore, a quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur, in ædificationem, atque ita divina gratia adjuvante, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perseverant. Ob quas sane causas Romani Pontifices prædecessores nostri, hodierna die, quæ anniversaria Dominicæ Cœnæ commemoratione solemnitas est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria justitiæ arma per ministerium Summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur quibus nihil optabilius est, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & justitiam

Exordium a Pontificia sollicitudine servandi unitatem, fidem, & pacem in Ecclesia.

Excommunicantur.

Deo

Tribuitur Episcopo Constantien. facultas moderandi recensitas expensas.

Clausula.

Hæretici cuiuscumque sectæ, & eorum fautores libros legentes, tenentes, & imprimen.

Appellantes à Pont. ad futurum Conc.

Falsarii literarum Apost. ab habente auctoritatem signatarum.

Deo auctore, tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

§. 1. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra, quoscumque Hussitas, Wiclephistas, Luteranos, Zaingianos, Calvinistas, Ugonortos, Anabaptistas, Trinitarios, & a Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cuiuscumque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos, qui se a nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

§. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint; Universitates vero, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curfarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipue a monte Argentario usque ad Terracina, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

§. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque navibus, tempestate, seu in transversum (ut dici solet) iactatis, vel quoquomodo naufragium passis, sive in ipsis navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in litore inventa, cuiuscumque generis bona, tam in nostris Tyrheni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuscumque maris Regionibus, & litoribus, subripuerint, itaut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

§. 5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova pedagogia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi a jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum, gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicem cancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, necnon falso publicantes literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicem cancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

§. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, sive hujus sanctæ Sedis sententias expresse, & nominatim declaratos, deferunt seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum, ferri itannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alia quacunque materia,

& ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necnon Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium vel favorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, quibusvis personis, Principibus, Rebuspublicis, per Nos, & Sedem prædictam hætenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu invadentes eos, qui vidualia, seu alia ad usum Rom. Curie necessaria adducunt, ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscumque fuerint ordinis, præminentie, conditionis, & status etiam Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliunt, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, a nobis, vel nostris Judicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos a suis Diocæsis, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes: necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliunt; seu qui per se, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur cuiuscumque præminentie, & dignitatis fuerint.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares cuiuscumque dignitatis, qui prætexentes frivolum quandam appellationem a gravamine, vel futura executione liter. Apost. etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium: necnon citationum, inhibitionum, sequestrationum, monitoriorum, processuum executorialium, & aliorum Decretorum a nobis, & a Sede prædicta, Legatis, Nunciis, Præfidentibus, Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus, & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro

Offendentes S. R. E. Cardinales &c.

Appellantes a gravamine, seu futura executione liter. Apost. etiam in forma Brevis ad Cur. Sæcul.

tempore

tempore emanaverint, aut alias ad Curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, & literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta, capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii, super hujusmodi literarum, & processuum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cujus interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, Notarios, exequutores, & subsequutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios, publice, vel occulte, quive alias quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratis, vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas a dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directe, vel indirecte prohibere, statueri, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

§. 14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque iudicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes, impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt; quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a censuris, & penis in illis contentis absolvi, per statutum, vel alias, compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu exequutorialium, processuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum præventionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, ut dicunt supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariorum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consilarii, Ordinarii, vel Extraordinarii quorumcumque Principum secularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

§. 15. Quive ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcumque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quovis quaesito colore; necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quavis alia decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quaesito colore, ac etiam

prætextu cuiusvis consuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, & ordinarint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum juribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expresse præjudicatur.

§. 16. Necnon qui Archiepiscopus, Episcopus, aliosque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directe, vel indirecte carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quod minus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & Sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam penalia Ordinariis, & delegatis prædictis decernit, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

§. 17. Quive jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

§. 18. Quive collectas, decimas, talleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælati, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi absque simili Romani Pontificis, speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Necnon qui per se, vel alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cuiuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Præsidentes, Consilarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti: innovantes decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum censuris, & penis in eis contentis.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, exequutores, subsequutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas profereundo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique hujusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consilarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

Auxilium præstant usurpantibus Sedis Apostolicæ vel Ecclesiarum jurisdictiones.

Officiales seculares se interponentes in causis capitalibus contra Ecclesiasticas personas.

Judices seculares trahentes personas Ecclesiasticas ad sua Trib. vel alios Ecclesiasticam libertatem quomodolibet lædentes.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directe, vel indirecte sub quocumque titulo, vel colore invadere, destruere, occupare, & detinere præsumperint in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicae, Terras citra Pharus, Patrimonium Beati Petri in Thufcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venafinum, Sabinen. Marchiae, Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatemque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Aveptionem, Civitatem Castellum, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictaque Rom. Eccl. mediate, vel immediate subiecta: necnon supremam jurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, necnon adhaerentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes. Volentes præsentis nostros processus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quousque alii hujusmodi processus a nobis, aut Rom. Pont. pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino fortiri.

§. 21. Cæterum a prædictis sententiis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscumque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumvis ordinum etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

§. 22. Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutio- nis beneficium impendere de facto præsumperint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus processuri.

§. 23. Declarantes, ac protestantes quacumque absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis, cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint, ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præfertur, statuta, fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, Constitutiones, pragmaticas, & decreta hujusmodi publice revocaverint, & ex Archivis, seu Capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur deleri, & cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscumque alios adus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quacumque tempore continuatam in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque juribus Sedis Apost. ac S. R. E. undecumque & quandocumque quæsitis, vel quærendis nullatenus præjudicare posse, aut debere.

§. 24. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis cujuscumque Ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentiae fuerint, etiam si ut præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate: vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis a prædicta Sede, ex quavis causa etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis derogatoriis concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdicti non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis hujusmodi, ac de ordinibus, locis, & nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias quominus includantur in eis, se juvare valeant, vel tueri.

§. 25. Quæ omnia, quoad hoc, rerum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur, præsentibus pro expiatis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 26. Ut vero præsentis nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valvis Ecclesiæ S. Jo. Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem prætere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicantur.

§. 27. Insuper, ut processus ipsi, & præsentis literæ, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiant notaria, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis & locorum Ordinariis, & Prælatibus ubilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut per se, vel per alium, vel alios præsentis literas postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent, & ad Christianifidelium mentes deducant, nuncient, & declarent.

§. 28. Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prælati, necnon Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri sæculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones, quavis auctoritate deputati, transumptum præsentium literarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

§. 29. Volentes earumdem præsentium transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Judicis ordinarii Romanæ Curie, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrari-

Hæc Constit. quocumque liget.

Papæ absolutio non comprehendit eos qui a præmissis non destiterint.

Quicumque audiunt confessiones apud se has literas habent.

Transumptorum fides.

Sanctio penal.

re. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo secundo, Quarto Nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

XXI.

Conceduntur sex gradus Magisterii pro Provincia Peruan. Fratrum Eremitarum Sancti Augustini.

*Item auctus fuit numerus in d. Provincia a Clemente XI. Const. ed. 1720., Off. 20., P. 20. Et hujus Pontificis Constitutione sequenti augetur numerus in Provincia Mexicana.*

Dat. 24. Apr. 1722. Ann. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Preces Provincie, & cause preces Concensionis.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provincie Peruane Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod cum in Definitorio Generali ejusdem Ordinis novissime celebrato decretum fuerit, ut in eadem Provincia, quæ viginti quatuor in Sacra Theologia Magistrorum Indulto fruitur, & in qua mille, & amplius Religiosi, necnon ex his ducenti jubilati, & in Cathedralis, ac Lecturis se exercentes una cum quinque Collegiis, quæ Studii Generalis Universitates existunt, numerantur, eorundem Magistrorum numerus ad tricenarium augetur, si tamen de super Nostra, & hujus S. Sedis facultas accederet, ipsi Exponentes plurimum expedire existimant, ut tricenarius ejusmodi Magistrorum numerus statuatur, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis eisdem Cardinalibus factam, attenderunt, consilio, Provincie Peruane prædictæ sex gradus perpetuos Magisterii de numero nuncupat, pro sex verbi Dei Prædicatoribus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Concessio 6. graduum pro Concensionibus.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &

Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provincie, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceduntur octo gradus Magisterii pro Provincia Mexicana Fratrum Eremitarum Sancti Augustini.

*De augmento graduum in Provincia Peruana, & Machaonen. vide Constitutiones præcedentem, & sequentem.*

XXII.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 24. Apr. 1722. Ann. 1.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provincie Mexican. Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod cum in dicta Provincia duodecim in sacra Theologia Magistri, & quadraginta quinque Conventus, ac quinquaginta quinque Parochiæ, cum nominatione Doctrinarum, quæ pro erudiendis illarum partium Populis in Catholica Fide, destinatæ sunt, necnon mille circiter Religiosi, ac inter hos centum Jubilati, ac Lectores numerentur, ipsi exponentes eorundem Magistrorum numerum ad vigintiquatuor juxta Decretum Definitorii Generalis Ordinis hujusmodi novissime celebrati augeri posse summopere desiderant, quemadmodum alias Provincie Peruane Ordinis prædicti concessum fuisse memoratur, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis Ordinis hujusmodi super præmissis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, consilio, primodictæ Provincie Mexican. octo gradus perpetuos Magisterii, quatuor videlicet pro Lectoribus, & alios quatuor pro verbi Dei prædicatoribus, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Preces Provincie, & cause augendi numerum Magistrorum ad 24.

Concessio 8. graduum, 4. pro Lectoribus & 4. pro Concensionibus.

1722.  
Claufula.

§. 2. Decernentes ipsas præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inuolabiliter obseruari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciae, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIII.

Conceduntur sex gradus Magisterii pro Provincia Mechoacan. Fratrum Eremitarum Sancti Augustini.

*De concessione graduum pro Provincia Mexicana vide Constitutionem præcedentem. Et Const. ed. 1723. Aug. 7. P. 1. conceduntur sex gradus pro Provincia Chilian.*

Dat. 24. Apr. 1722. An. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Preces Provincie, &amp; causæ præfentis Concessionis.

**E**Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciae Mechoacan. Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod cum in prædicta Provincia sex tantum in Sacra Theologia Magistri reperiantur, ac in ea triginta tres Conventus, & trecenti circiter Religiosi, & ex iis triginta lectores, cum quinque Collegiis, quorum unum Universitas studii generalis existit, quæ prima in Indiis institutio fuit, numerentur, ipsi Exponentes senarium hujusmodi Magistrorum numerum ad duodenarium juxta Decretum Definitorii Generalis Ordinis prædicti novissime celebrati augeri posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinari de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consul-

tionibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis Ordinis super præmissis eisdem Cardinalibus factam attenderunt consilio, prædictæ Provinciae Mechoacan. sex petitos gradus Magisterii in eadem sacra Theologia, tres videlicet pro Lectoribus, & alios tres pro verbi Dei Prædicatoribus auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipsas præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inuolabiliter obseruari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciae, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Declaratur, Canonicos Regulares S. Augustini Superioris Germaniæ gaudere Indulgentiis plenariis Canonicis Lateranen. concessis.

*De communicatione præd. Indulgentiarum pro Canonicis Windesien. vide Clem. XI. Const. ed. 1718. Jul. 30. P. 18.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**E**Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici Regulares Ordinis S. Augustini Collegiarum Ecclesiarum seu Monasterialium Beybergen., Beyhardingen., Bernrieden., Dieffen., Dietram., Zell., Inderstorff., Poting., Raittenbuech., Ranshovien., Roren., Schlechdorff., Weyaren., & SS. Andreae, & Magni Ratisbonen., Frisingen., Passavien., & Augustan. Diocesis in Germania superiori, quod in dictis Collegiatis, seu Monasterialibus Ecclesiis Indulgentiæ plenariæ, quæ in Sanctorum Augustini, Monicæ, Patritii, Frigidiani, ac Ubaldi festiuitatibus, necnon die quinta Martii, qua omnium Sanctorum ejusdem Ordinis Commemoratio fieri consuevit, Ecclesiis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. dicti

Conceduntur 6. gradus, tres pro Lectoribus, &amp; tres pro Congregationariis.

Claufula.

XXIV.

Dat. 9. Maji 1722. An. 2.

Referuntur Indulgentiæ plenariæ Canonicorum Lateranen.

Ordinis

1722.  
Preces Cano-  
nicorum, &  
Causa præ-  
sentis Decla-  
rationis.

Ordinis a re. me. Innocentio PP. XII. Prædeces-  
sore nostro concessæ sunt, solent, & solitæ sunt  
publicari, verum quia ab inquietis, & Christianæ  
paciæ æmulis pervulgatur, primo dictas Ecclesias,  
tametsi illæ Congregationi Lateranen. aggregatæ  
sint, non gaudere dictis Indulgentiis, eo quia ip-  
si Exponentes jurisdictioni ordinariorum locorum  
subjacent. Nobis propterea humiliter supplicari  
fecerunt, ut sibi in præmissis opportune provide-  
re, & ut infra indulgere de benignitate Aposto-  
lica dignaremur.

§. 1. Nos ipsos exponentes specialibus favo-  
ribus, & gratis prosequi volentes, & eorum sin-  
gulares personas a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis  
sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab ho-  
mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præ-  
sentium dumtaxat consequendum harum serie ab-  
solventes, & absolutas fore censentes, hujusmo-  
di supplicationibus inclinati, de Venerabilium  
Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indul-  
gentiis, & Sacris Reliquis præpositorum, Consi-  
lio, Ecclesias primodiætas in prædictis Diocesi-  
bus existentes Indulgentiis, quibus Ecclesiæ Ca-  
nonicorum Regularium Congregationis Latera-  
nen. hujusmodi fruuntur, & gaudent, revera frui,  
& gaudere, auctoritate Apostolica tenore præsen-  
tium declaramus, salva tamen semper in præmissis  
auctoritate Congregationis eorundem Cardi-  
nalium.

Declaratio  
præd.

Clausulæ.

§. 2. Non obstantibus quatenus opus sit no-  
stra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non con-  
cedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Consti-  
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceteris-  
que contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
annulo Piscatoris die IX. Maji MDCCXXII. Pon-  
tificatus Nostri Anno Secundo.

XXV.

Committitur Nuncio Neapolis executio Constitu-  
tionis Clem. XI. de reunione Cœnobiorum S.  
Luciæ de Monte, ac de Portici Provinciæ Nea-  
politanae Fratrum de Observant. Discalc. His-  
paniæ,

*Laudata Constitutio ed. fuit 1712. Dec. 23. P. 13.  
sed alia Dismembrationis extat Const. ed. 1702.  
Sep. 15. P. 2. Et Bened. XIII. Const. ed. 1726.  
Jan. 28. P. 2. agitur de erectione Cœnobii in Pro-  
vincia Valentia.*

Venerabili Fratri Hieronymo Archiepiscopo  
Thessalonicensi. Nostro, & Sedis Apostolicæ  
in Regno Neapolis Nuncio.

Dat. 22. Junii  
1722. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Venerabilis Frater Salutem, & Apostolicam  
Benedictionem.*

A Clem. XI.  
dismembrata  
fuerit præd.  
Cœnobii &  
unita Provin-  
ciæ Castellæ.

**A**lias per recol. mem. Clementem Papam XI.  
Prædecessores Nostrum accepto, quod inter  
tunc existentes fratres Neapolitanos & Hispanos  
Provinciæ Sancti Petri de Alcantara in Regno  
Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ  
Ordinis Minorum Sancti Francisci de observantia  
nuncupatorum plures controversiæ exortæ repe-  
riebantur, fierique nequibat, ut dicti fratres ha-  
bitatione, & rerum communione conjuncti ani-  
mis, & contrariis studiis non dissiderent, ac pro-  
inde expediebat eos ab invicem segregari; Idem  
Clemens Prædecessor Motu proprio, ac ex certa  
scientia, & matura deliberatione suis, deque Apo-  
stolicæ potestatis plenitudine Conventum Sanctæ  
Luciæ de Monte nuncupatum Civitatis Neapolis,  
& Hospitium dicti Sancti Petri de Alcantara loci  
de Portici dictæ Provinciæ Neapolitan. Diocesis  
ab eadem Provinciæ perpetuo separavit, & dis-

membravit; illaque in separata, & dismembra-  
ta Provinciæ ejusdem Sancti Petri de Alcantara  
Regni Castellæ Fratrum Discalceatorum dicti Or-  
dinis itidem perpetuo univit, annexit, & in-  
corporavit, volens, & ordinans, ut in illis Reli-  
giosi Hispani, qui deinceps Ministro Provinciali  
secundo dictæ Provinciæ pro tempore existenti  
subjecti essent, habitarent, & collocarentur;  
alii vero primo dictæ Provinciæ Conventus, qui  
octo tunc numerabantur, Religiosis Neapolita-  
nis, & Italis tantum remanerent, ac eadem  
primodiæta Provinciæ octo hujusmodi Conventus  
constans in futurum Ministro Generali, seu  
Commissario Generali Italiæ Ordinis prædicti  
pro tempore pariter existenti subjaceret, & alias  
prout in ejusdem Clementis Prædecessoris de-  
super in simili forma Brevis die 15. Septem-  
bris 1702. expeditis Literis, quarum tenorem  
præsentibus pro plene, & sufficienter expresso,  
ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus,  
uberius continetur. Et successive memo-  
rato Clementi Prædecessori exposito, quod ob  
bellorum motus tunc exortos, interdictumque  
commercium, & communicationem inter Cas-  
tellæ, & Neapolis Regna, Conventus Sanctæ  
Luciæ de Monte, & Hospitium S. Petri de Al-  
cantara prædicta, & Religiosi in eisdem degentes  
a Ministris Provincialibus dictæ Provinciæ  
Regni Castellæ pluribus annis visitari minime  
fuerant; & valde dubitandum erat, quod ces-  
santibus etiam bellis propter magnam dictorum  
Regnorum ad invicem distantiam non raro sine  
debita visitatione; & correctione remanere  
poterant, cum magno Ecclesiasticæ disciplinæ,  
& regularis observantiæ detrimento; idem Cle-  
mens Prædecessor Congregationem particularem  
nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus tunc  
suis S. R. E. Cardinalibus negotiis, & consul-  
tationibus Episcoporum, & Regularium præ-  
positis super præsentia reunione Fratrum Dis-  
calceatorum Hispanorum Sancti Petri de Alcan-  
tara Ordinis hujusmodi Conventus Sanctæ Lu-  
ciæ de Monte, & alterius Conventus Sanctæ  
Mariæ de Portici cum aliis fratribus Italis dic-  
tæ Provinciæ Regni Neapolitani ejusdem Or-  
dinis, & Instituti deputavit, quæ quidem Con-  
gregatio die 27. Augusti 1711. coadunata per  
suum Decretum censuit consulendum esse præ-  
dicto Clementi Prædecessori pro deputatione al-  
terius Religiosi gravis in Commissarium, & Vi-  
sitatorem Apostolicum ad ejusdem Clementis  
Prædecessoris, & Sedis Apostolicæ ben. eplaci-  
tum tam prædictorum Conventuum Nationis  
Hispanicæ, & Sancti Petri de Alcantara, quam  
aliorum Conventuum fratrum Italicorum memo-  
ratæ Provinciæ Regni Neapolis ejusdem Insti-  
tuti, cum facultate, quatenus in Domino sibi  
expediens visum fuisset, collocandi fratres Ita-  
los etiam in dictis Conventibus Neapolis pro-  
miscue cum Hispanis, & viceversa collocandi  
Religiosos Hispanos eorundem duorum Con-  
ventuum in aliis Conventibus Provinciæ Regni  
promiscue cum aliis Italis, vel respective remit-  
tendi Hispanos ad suam Provinciam Castellæ, &  
cum aliis facultatibus necessariis, & opportunis;  
Literis suis minime obstantibus aliisque quibusvis  
Indultis, seu Ordinationibus etiam Apostolicis  
in contrarium facien. In electionibus vero ad  
Prelaturas eadem Congregatio particularis cen-  
suit servandam esse dispositionem Sacri Concilii  
Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum,  
atque ejusdem Ordinis, & alias prout in prædi-  
cto Decreto uberius dicitur contineri; factaque  
subinde, nempe die 5. Mensis Septembris sub-  
sequenti per tunc existentem Secretarium Con-  
gregationis prædictæ de præmissis dicto Clemen-  
ti Prædecessori relatione illius sententiam bene-  
igne approbavit, & desuper Literas Apostolicas  
in forma Brevis expediti mandavit. Verum ex

Sed postea ab  
eodem Cle-  
mente statu-  
tum fuit, ut  
Religiosi tam  
Hispani, quàm  
Itali promiscue  
morarentur  
in omnibus  
Cœnobii Provin-  
ciæ.

Imò unita  
iterum fuerit  
præd. Cœno-  
bia Provin-  
ciæ Neapoli-  
tanæ.

rationabilibus tunc motivis idem Clemens Prædecessor per quasdam suas desuper pariter in eadem forma Brevis die 23. Septembris 1712. de prædictæ Congregationis consilio, ac etiam Motu proprio Literas suas prædictas revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuavit, ac proinde Conventum Sanctæ Lucie de Monte, & Hospitium Sancti Petri de Alcantara prædicta a secundo d. Provincia perpetuo pariter separavit, & dismembravit, illaque sic separata, & dismembratio primodiæ Provinciæ S. Petri de Alcantara itidem perpetuo reunivit, reannexuit, & reincorporavit, ac in pristinum, & eum in quo antequam primodiæ suæ Literæ emanassent quovis modo erant, statum, restituit, reposuit, & plenarie reintegravit, ac tam illa, quam omnes alios Conventus ejusdem primo dictæ Provinciæ S. Petri Alcantara unico Ministro Provinciali, qui Commissario Generali familiæ Cismontanæ dicti Ordinis subiectus esset, subiecit, & alias, prout in secundo dictis Clementis Prædecessoris Literis, quarum omnium executionem fraternitati Tuæ toto illarum tenore inserto per quasdam Nostras die 20. Januarii proxime præteriti in eadem forma Brevis emanatas Literas, executionem demandavimus, plenius continetur. Hinc est, quod Nos in præmissis opportune pro cura Nostra pastoralis providere volentes, de prædictæ particularis Congregationis Cardinalium consilio, ac etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, eidem Fraternitati Tuæ per præsentem committimus, & mandamus, ut ad executionem dictæ Reunionis, & incorporationis a memorato Clemente Prædecessore in secundo dictis suis Literis demandatæ, & a Nobis approbatæ, ut præfertur, cæterorumque contentorum in prædicto Decreto (excepta tantummodo deputatione alicujus Religiosi pro Commissario Visitatore) auctoritate Nostra Apostolica procedas, cum facultate scilicet collocandi fratres Italos etiam in dictis Conventibus Neapolis promiscue cum Hispanis, & viceversa collocandi Religiosos Hispanos Conventuum hujusmodi in aliis Conventibus Provinciæ Regni promiscue cum Religiosis Italis, vel respective remittendi Hispanos ad suam Provinciam Castellæ. In electionibus vero Prælatorum, dispositionem Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum eadem auctoritate servari mandes. Nos enim ad præmissa quascumque necessarias, & opportunas facultates Tibi harum serie tribuimus, & impartimur.

Commissio  
exequendi  
præd. novam  
Clementis  
ordinationem.

Clausulæ.

§. 1. Decernentes ipsas præsentem Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ propter quas præsentem emanarint adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut quavis alia, etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, & substantiali, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudinis paribus concessio, vel emanato,

quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac quoad ea, quæ præsentibus sunt, vel dici possent contraria prædictis Clementis Prædecessoris, & Nostris Literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam in fundatione dictorum Conventuum, & Hospitii, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi acti de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Junii MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmatur ampliatio numeri Magistrorum pro Provincia Aprutina Fratrum Prædicatorum.

XXVI.

Inn. XII. Const. ed. 1695. Sept. 22., P. 5. *reductus fuit numerus Magistrorum, ac Graduatorum.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dat. 13. Julii 1722. An. 2.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Graduatii Provinciæ Aprutinae Ordinis Prædicatorum, quod anno 1612. in eadem Provincia numerus duodenarius Magistrorum in Sacra Theologia præfixus a fel. rec. Paulo PP. V. Prædecessore nostro per quasdam suas literas Apostolicas confirmatus fuit, & subinde post unius seculi, & amplius spatium cum eadem Provincia agnovisset numerum quindenarium Magistrorum hujusmodi usque ad quindenarium tum ob prædictam Provinciam Religiosis virtute præditis, studiisque formalibus auctam, quam ob illius majus bonum, ac utilitatem ampliari

Causæ ampliandi numerum 12. ad 15.

opus

opus esse, ipsi exponentes in Novissimo Capitulo Provinciali, quod anno proxime præterito die 11. Maji in Conventu Sancti Severi Majoris Neapolitan. dicti Ordinis celebratum fuit, insisterunt, ut præfata ampliacionis supra ejusmodi præfixum duodenarium numerum peticio fieret, quam quidem petitionem rationi consonam, & justissimam a Capitulo Generali memorati Ordinis in Alma Urbe nostra die 11. Junii ejusdem Anni habito recognosci, & approbari obtinuerunt.

Preces Graduatorum Provincie.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes præmissa, quo firmius subsistant, Apostolica Confirmationis Nostræ patrocinio communiti plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis super præmissis eidem Cardinalibus facta, præfata ampliacionem præfixionis numeri duodecim Magistrorum in prædicta Provincia usque ad numerum quindenniorum a pleno Capitulo Generali Ordinis hujusmodi nuper celebrato decretam, ut præfertur pro arbitrio, & conscientia dilecti pariter filii Augustini Pipia Magistri Generalis Ordinis prædicti auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio præd. ampliacionis.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provincie, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Julii MDCCXXII. Pontificatus Nostri anno secundo.

Confirmantur quædam Statuta Congregationis S. Hippolyti Charitatis in Indiis Occident. cum nonnullis declarationibus.

XXVII.

Ab Innoc. XII. Const. ed. 1700., Jun. 21., P. 9. confirmata fuere Constitutiones.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Mexican.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dat. 7. Aug. 1722. Au. 2.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus frater Major Congregationis Charitatis sub titulo Sancti Hippolyti in Civitate Mexican., aliisque partibus Indiarum Occidentium, in Religionem erectæ, tam suo, quam Diffinitorii ipsius Congregationis nomine, quod alias postquam felic. record. Innocentius Papa XII. Prædecessor Noster dictam Congregationem in Religionem erexerat, illius Constitutiones toto illarum tenore inserto per quasdam suas Litteras desuper in simili forma Brevis die 21. Junii 1700. expeditas ad supplicationem dilecti pariter filii Joannis de Cabrera tunc temporis ejusdem Congregationis Procuratoris Generalis sub certis modo, & forma tunc expressis confirmavit, & approbavit, & alias prout in prædictis Innocentii Prædecessoris Litteris, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Verum quia experientia compertum fuit, prædictas Constitutiones, seu earum aliquas paci, & bono Regimini Congregationis hujusmodi minime profuisse, sed illas reformatione, clariori explicatione, ac etiam nova additione indigere, idem Frater Major una cum eodem Diffinitorio pro prospero statu, ac felici gubernio memoratæ Congregationis Decreta, seu statuta edidit tenoris, qui sequitur, videlicet:

Ab Inn. XII. erecta fuit d. Congregatio in Religionem, & ejus Constitutiones approbata.

Causæ præsentium statutorum.

Primo. Quod in posterum Officium Fratris Majoris Generalis, & Officia quatuor ejusdem Consiliariorum durare debeant ad sexennium; ita tamen, quod in fine primi Triennii tam Generalis, quam Consiliarii teneantur eligere Fratres Majores Locales, & reliquos Officiales Religionis, vel confirmando illos antiquos pro evidenti utilitate, vel de novo alios eligendo pro majori augmento Instituti: Attento quod cum idem Generalis teneatur visitare omnes Domus fundatas, & alias, quæ dictum in Regione tam vasta fundantur, expertus fuit, quod in spatio solius triennii, quo durabat Generalatus Officium, tales visitationes expleri non valeant in magnum præjudicium Congregationis.

Generalis & Consiliarii sint sexenniales, & reliqui Officiales trienniales.

Secundo. Quod reformetur modus prædicandus circa electionem fratris Majoris Generalis, dum in præfatis Constitutionibus mandatur, quod quolibet triennio convocentur viginti antiquiores in professione, qui tamen scribere, & legere sciant, & quod cum istorum suffragiis tantum deveniatur ad talem electionem; hæc enim restrictiva ad viginti antiquiores in Professione, peperit usque nunc graves abusus, dum facti isti proprietarii, & Domini absoluti vocis activæ, & passivæ, occuparunt absque ullo merito omnes gradus Congregationis, & inter se diviserunt præminentias, coarctando electiones; unde pro opportuno remedio erit in posterum statuendum, quod in locum præfatorum viginti antiquiorum in Professione, subrogentur alii vi-

Augetur numerus suffragiorum pro electione Generalis.

ginti habiliores, & capaciores in Religione, se-  
ligendi ex illis, qui exercuerunt Officia Gene-  
ralis, & Consiliariorum, necnon ex fratribus  
Majoribus Localibus ex antiquiore Sacerdote,  
ac Novitorum Magistris, ac Procuratore Gene-  
rali, & quatenus ex his non possit expleri nu-  
merus viginti, compleatur ex Magistris in Chi-  
rurgia antiquioribus in professione, qui sic selecti  
de sexennio in sexennium eligant Generalem in  
Capitulo Generali convocato.

Quomodo,  
& qui seli-  
gendi ad re-  
liqua Officia.

Tertio. Quod inviolabiliter observetur Consti-  
tutio, in qua mandatur, quod Frater Major Ge-  
neralis noviter electus, insimul cum ejus Consilia-  
riis debeant providere alia Officia Religionis in  
Personis zelantibus Institutum, & quod tam in  
hoc, quam in reliquis aliis actibus præfati Consilia-  
rii habeant votum consultivum, ac decisivum æqua-  
le cum Generali, & quod in omnibus stetur majori  
parti suffragiorum. Ulterius vero declaratur  
prædictos Consiliarios non posse in se ipsis appli-  
care nominationem ad dicta Officia, prout usque  
ad præsens applicarunt, eos in posterum inhabili-  
tando ad ea posse consequi, faciendum, quod de-  
beant esse contenti solo Officio Consiliariorum,  
quousque illo fungantur.

Sacerdotes  
privantur vo-  
ce passiva.

Quarto. Cum principalis scopus Religionis sit  
attendere Operibus Misericordiae Corporalibus  
versus Pauperes infirmos convalescentes, mente  
captos, aliosque egenos, quod exercitium solum  
competit Laicis, ideo in Constitutionibus privan-  
tury voce passiva Sacerdotes, & hoc iterum  
confirmari debet cum ulteriori explicatione, quod  
censeantur etiam privati voce passiva illi Sacerdo-  
tes, qui promoti fuere antequam Congregatio eri-  
geretur in Religionem.

Generalis  
sibi eligat  
Domum.

Quinto. Quod reformetur dispositio, quæ man-  
dat Fratrem Majorem Generalem cum suis Consilia-  
riis debere habitare in Conventu Sancti Hip-  
polyti sito extra mœnia Civitatis Mexicanae, stan-  
te quod, cum dictus Conventus plurimum dif-  
fret a dicta Civitate, in eaque, & illius Tri-  
bunalibus quasi continuo debeant Generalis, &  
Consilarii prædicti esse presentes ob tractanda  
negotia Religionis, cum summo eorum incom-  
modo, & plerumque cum præjudicio Religionis,  
quia non valent horis debitis interesse; ideo  
permittitur in posterum Generali eligere habita-  
tionem in illa Domo, vel Civitate, quam ma-  
gis congruam reputaverit pro reparandis necessita-  
tibus, quæ de tempore in tempore imminere  
Religioni, durante Officio sui Generalatus.

Generalis  
confirmet  
electiones  
Provincia-  
lium, & Pro-  
vincias visi-  
tet.

Sexto. Quod spectet, ac pertineat ad Fra-  
trem Majorem Generalem approbare, & confir-  
mare electiones Provincialium, qui eligentur  
in quacumque Provincia, ad quam Religio propa-  
garetur; Et quod præfatus Generalis teneatur  
de triennio in triennium una vice visitare  
qualemcumque Provinciam, in qua fundatio  
fieret, existentem in Regno Novæ Hispaniæ,  
Guatemala, Nicaragua, aliasque circumvici-  
nas: Et casu, quo fundationes sequerentur in  
Regno Peruano, vel in aliis Partibus remotiori-  
bus, quod idem Generalis possit nominare visi-  
tatores delegatos pro faciendâ tali visitatione  
ad ea Loca tam distantia, ad quæ non de facili  
potest personaliter se conferre, ut munus visi-  
tationis adimpleat.

Qui, & a  
quibus eli-  
gendus Præ-  
sidentis Capi-  
tuli.

Septimo. Pariformiter pro progressu Reli-  
gionis abolenda est illa coarctata circa electio-  
nem Præsidentis Capituli, ubi injungitur, quod  
talis Præsidentis esse debeat Frater Major Sancti  
Hippolyti, dum ex hoc graves abusus orti sunt  
tam circa Vocales, quam circa redditionem rati-  
onis suæ administrationis ab illo faciendam ha-  
bito respectu ad Dominium Præsidentiae, quod  
in ipsius personam debet omnino cadere; Ideo-  
que pro opportuno remedio tradatur facultas  
Fratri Majori Generali, ejusdemque Consiliariis  
pro electione Præsidentis per eos faciendâ triduo

ante celebrationem Capituli Generalis, & quod  
electio cadat in personam, quæ non exerceat ul-  
lum Officium, ex quo impedita remaneat reci-  
tudo Præsidentiae; ac ulterius declaratur, quod  
dictus Præsidentis non possit eligi in Generalem in  
eo Capitulo, cui præsidet, nisi in casu, quo esset  
electus cum plenis omnium Vocalium suffragiis,  
ac eorum nemine discrepante.

Octavo. In Constitutionibus mandatur, quod  
in casu diuturnæ infirmitatis, aut necessariæ ab-  
sentiae Fratris Majoris Generalis possit iste subro-  
gare Præsidentem, qui durante dicto impedi-  
mento Congregationem regat, & gubernet, &  
iste esse debeat primus Consiliarius; & in casu  
obitus, aut depositionis illustretur Fratris Majoris  
Generalis, idemmet primus Consiliarius suc-  
cedere debeat in gubernio illius pro toto eo  
tempore, quod supererit ad celebrationem Ca-  
pituli Generalis; At quia in expressis casibus illa  
necessitas primi Consilarii non solum videtur  
exosa, sed etiam inductiva Voti captandæ mor-  
tis, ac dissensionum promotrix: ideo statuen-  
dum venit in posterum, quod in casu necessariæ  
absentiae, aut infirmitatis diuturnæ Generalis  
nominet unum Commissarium Generalem, qui  
ipsius nomine Religionem gubernet; In casu  
vero mortis, depositionis, aut renunciationis  
dicti Fratris Majoris Generalis, quod Gubernium  
Religionis stet penes Diffinitorium, ita tamen,  
quod primus Consiliarius debeat quam primum  
convocare Vocales pro electione Vicarii Gene-  
ralis, nisi tempus celebrationis Capituli Gene-  
ralis sit valde proximum, qui Vicarius Generalis  
sic electus gubernet Religionem usque ad tempus  
Capituli Generalis.

Quid, si Ge-  
neralis gu-  
bernare non  
possit, vel  
Generalatus  
vacet.

Nono. Declaratur etiam, quod Secretarius Ca-  
pituli Generalis debeat eligi de numero Vocalium.

Cum autem, sicut eadem expositio subjunge-  
bat, prædictus Frater Major statuta, seu decre-  
ta hujusmodi pro firmiori illius subsistentia,  
& exactiori observatione Apostolicæ confirma-  
tionis nostræ patrocinio communiri plurimum  
desideret. Nos ipsius Majoris votis hac in re  
quantum cum Domino possumus favorabiliter  
annuere volentes eumque a quibusvis excommu-  
nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque  
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a  
jure, vel ab homine quavis occasione, vel cau-  
sa latis, si quibus quomodolibet innodatus exi-  
sit, ad effectum præsentium dumtaxat conse-  
quendum harum serie absolventes, & absolutum  
fore censentes, supplicationibus ejus nomine  
Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de  
Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Car-  
dinalium negotiis, & consultationibus Episco-  
porum, & Regularium, qui relatione dilecti  
Filii Nostri Bernardi Mariæ ejusdem S. R. E. Pres-  
byteri Cardinalis de Comitibus nuncupat, No-  
stri secundum carnem fratris germani prædictæ  
Congregationis Charitatis apud Nos, & Sedem  
Apostolicam Protectoris super præmissis eisdem  
Cardinalibus factam viderunt consilio Fraterni-  
tati Tuæ per præsentem committimus, & man-  
damus, ut veris existentibus narratis, audito  
tamen prius Capitulo Generali supradictæ Con-  
gregationis ad præsertorum statutorum confir-  
mationem auctoritate Nostra Apostolica pro tuo  
arbitrio, & prudentia procedas, juxta sequen-  
tem modum, & additas declarationes, videli-  
cet, quod primum ita tamen, ut vim habere  
incipiat, postquam modernus Generalis, & qua-  
tuor Consilarii ab Officio cessaverint. Ad se-  
cundum sine præjudicio Religioforum, qui jam  
in eadem Congregatione admissi fuerunt, itaut  
statutum procedat quoad Religiosos in futurum  
admittendos. Ad quartum sed non censeantur  
privati voce passiva illi Sacerdotes, qui promoti  
fuere antequam ipsa Congregatio in Religionem  
eligeretur. Ad septimum ita tamen, ut Præsi-

Qui eligen-  
dus in Secre-  
tarium.  
Preces Gene-  
ralis pro con-  
firmatione.

Confirmatio  
relatorum  
statutorum  
cum nonnul-  
lis declara-  
tionibus.

dens in Capitulo, nisi cum duabus ex tribus partibus suffragiorum eligi nequeat; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Clausula.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictæ Congregationis Charitatis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die VII. Augusti MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXVIII.

Erigitur Universitas Studii Generalis in Civitate S. Jacobi de Leon de Caracas Indiarum Occident.

*Erecta fuit Universitas in Civitate Guatimala ab Inn. XI. Const. ed. 1687. Jul. 18. P. 11. Et a Bened. XIII. Const. ed. 1727. Jul. 1. P. 4. erigitur Universitas in Civitate Camerinenfi.*

Dat. 19. Aug. 1722. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exordium a studio promovendi disciplinas præsertim sacras.

Inscrutabili Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis arcano ad Ecclesiæ Catholicæ per universum Terrarum Orbem diffusæ regimini, meritis licet imparibus evecti, sacrarum, eisque ancillantium bonarum literarum studia, per quæ depulsa ignorantie caligine mentes veritatis luce illustrantur, & non minus Catholicæ fidei, divinique cultus propagationi, & incremento, quam justitiæ administrationi, aliisque Reipublicæ commodis, & ornamentis, privatorumque utilitatibus consulitur, ubique locorum, & præsertim in remotissimis ab hac Sancta Sede partibus, quantum nobis ex alto conceditur, promoveri, ac incitare, & confovere studemus, sicut omnibus matura consideratione perpensis, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæque decus, & præsidium, ac spiritualem, temporalemque Christi fidelium utilitatem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Laudes Collegii d. Civitatis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt venerabilis frater Modernus Episcopus & Governator Civitatis Sancti Jacobi de Leon de Caracas, quod Caracæ Populi sunt America Meridionalis in parte Australi Regni Peruvani versus Mare pacificum, & Regnum Chilense intra Montes, & Dominio Charissimi in Christo filii Nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici subfunt; in ea autem Regione dicta Civitas, & in illa magnificentissimum Collegium extructa reperiuntur, nec deest ampla Bibliotheca, quodque notabilis est, novem Cathedræ in eo, & signanter Philosophiæ, Sacræ Theologiæ tam Scholasticæ, quam Moralis, Juris Canonici, & Civilis, ultra Cathedram Latinitatis, & Rhetoricæ, aliasque pro recto studiorum instituto necessarias, cura potissimum, & expensis ejusdem Episcopi erectæ existunt, magnæque propterea adest studentium concursus, itaut annis præteritis sexaginta sex in Matricula descripti fuerint, ut a Schola Rhetoricæ, ad illam Philosophiæ transfrent, secutaque vacatione Cathedræ Latinitatis, & Rhetoricæ hujusmodi pro illa obtinenda undecim oppositores comparuerint.

§. 2. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat, completo studiorum curriculo, illi, qui studuerunt, vel Lauream Doctoratus recipere nequeant, vel cum evidenti vitæ discrimine, & cum maxima impensa ad eam recipendam, vel in Universitatem studii Generalis Sancti Dominici, aut Sanctæ Fidei accedere teneantur, proindeque ab ipsis Exponentibus eidem Philippo Regi supplicatio exhibita fuerit pro impetranda a Nobis facultate memoratum Collegium in Universitatem studii Generalis erigendi, ac Lauream doctoralem concedendi adinstar Universitatis Sancti Dominici Insulæ Hispaniæ, itaut sic erigendæ Universitati Prælati, Canonici Cathedralis Ecclesiæ, Rector Collegii, & scientiarum in eo professores, cum retentione graduum, quos ipsi in aliis Universitatibus jam receperunt, adungi valeant. Nobis propterea ipsi Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere; & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, qui ad dubium eis propositum, an esset consilium Nobis præstandum pro præfata erectione Collegii in Universitatem, & facultate conferendi gradus adinstar Universitatis Sancti Dominici Insulæ Hispaniæ, necnon pro Gratia ut Prælati, & Cathedralis Canonici, ac Rector, & Magistri actu docentes in Collegio aggregari possint ad novam Universitatem una cum gradibus, quos in aliis Universitatibus receperunt, in casu &c. affirmative responderunt consilio, & attento, quod ejusmodi instantia ejusdem Philippi Regis nomine commendata fuit, Collegium Sancti Jacobi de Leon de Caracas in publicam Studii Generalis universitatem adinstar prædictæ Universitatis Sancti Dominici Insulæ Hispaniæ auctoritate Apostolica tenore præsentium sine cujusquam alterius Universitatis studii Generalis præjudicio erigimus, & instituimus, & ad eam sic erectam ut Prælati, Canonici Cathedralis, Rector Collegii, & scientiarum hujusmodi in eo professores cum retentione eorundem graduum, quos ipsi in aliis studiorum generalium Universitatibus jam receperunt, ut præfertur, aggregari queant auctoritate, & tenore præfatis concedimus. Ac eidem universitati Studii Generalis, sic per præsentem erectæ, & institutæ, illiusque Rectori, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Præceptoribus, Scholaribus, Procuratoribus, Bidellis, Nunciis, cæterisque Officialibus, Ministris, & personis quibuscumque pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, Indultis, Libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, prærogativis, honoribus, & præeminentiis, quibus prædicta Universitas studii Generalis Sancti Dominici, illius Rector, Magistri, Doctores, Lectores, Præceptores, Scholares, Procuratores, Bidelli, Nuncii, cæterique Officiales, Ministri, & personæ quæcumque respectivo tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, non solum ad eorum instar, sed etiam æque principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per omnia uti, frui, potiri, & gaudere. Rectori autem ipsius universitatis per præsentem erectæ, & institutæ pro tem-

Causæ erigendæ Universitatis, & preces Episcopi ac Governatoris.

Erectio d. Universitatis adinstar illius S. Dominici cum omnibus privilegiis.

pore existenti, ut illos, quos in eadem universitate per debitum tempus studuisse ac scientia, & moribus idoneos esse repererit, in prædictis facultatibus, sive scientiis, quæ in ipsa Universitate docebuntur, seu legentur, ad Baccalaureatus etiam formati, licentiaturæ, ac Doctoratus, & Magisterii gradus, servata tamen in omnibus, & per omnia forma Decretorum Viennen., & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, & alias juxta laudabilem supradictæ Universitatis Sancti Dominici Insulæ Hispaniæ consuetudinem promovere, solitaque graduum hujusmodi insignia eis conferre, & exhibere; Ipsis vero ad eisdem gradus per illum sic promotis, ut postea publice, privatimque, etiam in omnibus aliis Universitatibus studiorum generalium facultates, sive scientias prædictas respectively alios docere, & interpretari de iis disputare, aliosque actus quoscumque eorum gradibus convenientes exercere libere, & licite possint, & valeant respectively earundem tenore præsentium indulgemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausulæ.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; & ab eis respectively inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Collegii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Augusti MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXIX.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de Alternativa Vicariatus Generalis servanda inter tres Provincias Fratrum B. M. de Mercede Excalceatorum.

*Inn. XI. Const. ed. 1687., Apr. 19., P. II. extat Decretum de pecuniis mutuo accipiendis. Et Bened. XIII. Const. ed. 1724. Jan. 28., P. 4. præcipitur Cantus Gregorianus in Choro.*

Dat. 22. Aug.  
1722. An. 2.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Iusta de causa instituta, & confirmata fuit hujusmodi alternativa inter Provincias Bæticæ, Castellæ, & Siciliæ a sequentibus

**N**uper pro parte dilectorum filiorum moderati Vicarii Generalis, Diffinitorum, & Fratrum Provinciarum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupat. Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositæ exposito, quod excrecentibus in diebus scissuris, & inordinationibus in Capitulis gene-

ralibus dicti Ordinis ob potentiam prævalentem unius ex partialitatibus, inter quas nempe Bæticæ, utriusque Castellæ, ac utriusque Siciliæ tres Provincias distinctas corpus integrum Religionis constituitur, adeo per continuata sexennia semper Vicarius Generalis de una factione in detrimentum distributive aliarum electus fuerat; ex tali autem gravamine adeo excreverant turbolentiæ, ut ad ultimum excidium per divisiones Religionem traherent, eaque de causa ad occurrendum his malis provide unanimi consilio in Capitulo Generali Anno 1696. celebrato ab omnibus Provinciis stabilius fuerat, ut alternatim per triennium ex tribus partialitatibus Bæticæ, Castellæ, & Siciliæ Provinciarum hujusmodi Vicarius Generalis Ordinis prædicti eligeretur, ut ex particula actorum Capitularium habetur tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Decreta, & Statuta Capituli Generalis celebrati die 20. Decembris anni 1696. n. 10. Primo statuitur, & a toto pleno Capitulo declaratur, quod clausula Constitutionis nostræ, qua præcipitur, ut Vicarius Generalis ex toto corpore Religionis eligatur, sic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias, quæ modo extant, & prædicti Corporis æqualia sunt membra alternativa successio in Vicariatu Generali servetur; ita quod nullus ex Provincia cuius filius in hoc Capitulo assumptus fuit ad dignitatem Religionis supremam in duobus sequentibus assumi possit ad illam; sed jus subjecti eligibilis maneat in duabus aliis Provinciis, servata inter eas prioritate antiquitatis; taliter quod Bætica, quæ prior est tempore, sit etiam prior in immediata dignitatis successione. Declaratur tamen, quod si decursu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas, vel plures; non ideo debent augeri alternationes, sed semper sint restringendæ ad tres Provincias modo stantes; ita quod unum integrum sexennium tantum ad Bæticas, aliud ad Castellanas, & aliud tantum extendatur ad Siculas, & alias erigibiles extra Hispaniam. Ut autem hanc Alternationem cum æquali honore, & fructu unaquæque Provincia possideat statutum etiam est, quod vacante quovis modo possibili Vicariatu Generali extra Capitulum tunc Provincialis Provinciæ, ex qua assumptus fuerat Vicarius Generalis, qui ab officio decessit, convocet quatuor diffinitores, & Procuratorem Generalem, necnon Exgenerales & Exprovinciales, & Exvicarios Provinciales, qui fuerint per biennium ejusdem tantum Provinciæ, qui omnes intra unius mensis spatium, & non ultra, vel quamprimum fuerit possibile eligant canonicè successorem Vicarii Generalis, ex eadem Provinciæ, qui universam Recollectionem gubernet, integrumque impleat sexennium a die electionis sui Prædecessoris computandum, & statim ac fuerit electus, teneatur illico confirmatus, in qua Congregatione præsideat Provincialis convocans, qui in simili eventu Præses Generalis Religionis constituitur a Lege usque ad electionem futuram.

§. 2. Quæ quidem dispositio fuit pariter a Capitulo Generali coadunato de anno 1703. confirmata cum Decreto tenoris sequentis, videlicet - Secundo statuitur, & a toto pleno Capitulo declaratur, quod clausula Constitutionis nostræ qua præcipitur, quod P. Vicarius Generalis ex toto corpore Religionis eligatur, sic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias quæ modo extant, & prædicti Corporis æqualia sunt membra alternativa successio in Vicariatu Generali servetur, ita quod nullus ex Provincia cuius filius in hoc, & antecedenti Capitulo assumptus fuit ad dignitatem Religionis supremam in sequenti assumi possit ad illam, sed Jus subjecti eligibilis solum ratione prædictæ Alternativæ in Provincia Sicula maneat, cui de jure in Ca-

1. Statutum  
Capituli an.  
1696.

2. Statutum  
Capituli an.  
1703.

pitulo

pitulo Generali sequenti competit alternatio. -- Declaratur tamen, quod si decursu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas, vel plures, non ideo debent augeri alternationes, sed semper sint restringendæ ad tres Provincias modo extantes, ita quod unus Generalis tantum ad Bethicas, alius ad Castellæ, & alius ad Siculas, & alias erigibiles extra Hispaniam extendatur.

§. 3. Accedente postmodum alia confirmatione habita in Capitulo Generali de anno 1709. ex actis Capitularibus tenoris sequentis, videlicet -- Tertio statuitur, & a toto pleno Capitulo declaratur, quod clausula Constitutionis nostræ, qua præcipitur, quod P. Vicarius Generalis ex toto corpore Religionis eligatur sic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias, quæ modo stant, & prædicti corporis æqualia sunt membra alternativa successio in Vicarium Generalem servetur, ita quod nullus ex Provincia, cujus filius in hoc, & antecedenti Capitulo assumptus fuit ad Dignitatem Religionis supremam in sequenti assumi possit ad illam, sed jus subiecti eligibilis solum ratione prædictæ Alternativæ in Provincia Castellæ maneat, cui de jure in Capitulo Generali sequenti competit Alternatio -- declaratur tamen, quod si decursu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas, vel plures, non ideo debent augeri alternationes, sed semper restringendæ sint ad tres Provincias modo stantes, ita quod unus Generalis tantum ad Bethicas, alius ad Castellæ, & alius ad Siculas, & alias erigibiles extra Hispaniam extendatur; imo in eo in executionem Alternativæ electus remansit Vicarius Generalis de parialitate Siciliæ, & postremo in Capitulo Generali habito de anno 1717. in executionem Alternativæ in Generalem nominatus fuit modernus unus ex tribus de Provincia Castellæ, & confirmata pariformiter exitit Vicariatus Generalis alternativa ex Decreto Capitulari tenoris sequentis, videlicet -- A toto pleno Capitulo declaratur, quod clausula Constitutionis nostræ, qua præcipitur, quod P. Vicarius Generalis ex toto corpore Religionis eligatur, sic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias, quæ modo stant & prædicti Corporis æqualia sunt membra Alternativa successio in Vicariatu Generali servetur, ita quod nullus ex Provincia, cujus filius in hoc & antecedenti Capitulo assumptus fuit ad dignitatem Religionis supremam in sequenti assumi possit ad illam -- Declaratur tamen, quod si decursu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas partes, vel plures, non ideo debent augeri Alternationes, sed semper sint restringendæ ad tres Provincias modo stantes, ita quod unus Generalis tantum ad Castellæ, alius ad Bethicas, alius ad Siculas, & alias erigibiles extra Hispaniam extendatur.

§. 4. Et in eadem Expositione subjuncto, quod experientia plurium annorum, & Vicariorum Generalium electionum compertum extiterat, quod omnia per prædictam Alternativam apud Religionem in pace composita fuerat unicuique, quod suum erat per distributionem assignatum, omnesque Provincie, & onere, & honore perfruebantur, cumque penes idem Capitulum generale non solum de jure, sed etiam ex suprema hujus Sanctæ Sedis specifica confirmatione Constitutionum potestas condendi Statuta, & Leges resideat, quæ per tria Capitula generalia continuata confirmata, tanquam Constitutiones sint observandæ, ideoque eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut ne in posterum sic extinctæ factiones reviviscant, & aperiat via scissuris per Alternativam prædictam sublatis, sed futuris cum perpetuo remedio consulatur, Alternativam hujusmodi juxta modum a memoratis Capitulis generalibus dispositam confirmaret. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris qui sequitur, videlicet -- Sacra Congregatio

Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visa relatione P. Procuratoris Generalis referente Eminentissimo Belluga, censuit, & decrevit, supra scriptam Alternativam esse approbandam, & confirmandam, prout præsentis Decreti vigore approbat, & confirmat. Romæ 10. Julii 1722. -- F. Cardinalis Pålutius -- F. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

§. 5. Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ Confirmationis nostræ robore communiri plurimum desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibilibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provincie, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXI. Augusti MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmantur Decreta Congregationis Episc. & Regul. super quarta Funerali, & ingressu Parochorum cum Stola & Cruce in Ecclesias Regularium.

De delatione Cadaverum ad Ecclesias Regularium vide hic laudatas, & Inn. XI. Const. ed. 1676. Dec. 2. P. 1. De quarta vero funerali vide Bened. XIII. Const. ed. 1725. Aprilis 28. P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Manarunt nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-

confirmatio-  
ne alternati-  
væ.

Præces Pro-  
vinciarum.

Confirma-  
tio relati De-  
creti Cong-  
regationis.

Clausula.

XXX.

Dat. 24. Aug.  
1722. An. 2.

3. Statutum  
Capituli ann.  
1709.

4. Statu-  
tum Capituli  
anni. 1717.

Causæ se-  
quentis De-  
creti.

Decretum  
Congrega-  
tionis pro

Decreta  
præd. quæ  
edita fuere  
an. 1720. &  
1721. pro  
Parochis  
contra Pa-  
tres Minores  
Strict. Ob-  
serv. Civita-  
tis Parmen.

lium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decreta tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Parmen. Funerum. Ab immemorabili in dicta Civitate viget consuetudo stabilita, etiam ex Constitutionibus plurium Summorum Pontificum signanter sa. me. Julii II., ac Clem. VIII. & comprobata per Constitutiones Synodales, & Canonizata in contradictorio Judicio, ac per varia Decreta hujus Sacræ Congregationis de annis 1671. & 1675., non solum, quod occasione funerum Regularibus pateret ingressus cum stola, & Cruce in Ecclesias Sæcularium absque tamen aliquo exercitio, & idem praticaretur a Parochis intra Ecclesias Regularium, sed etiam, quod omnes præfati Regulares persolverent, prout semper persolverunt quartam eisdem Parochis. - Quia vero PP. S. Francisci strictioris observantiæ nuper acciti ad dictam Civitatem, postquam jam itidem ipsi acceptaverunt dictas laudabiles consuetudines, reuerunt admittere Parochos ad ingressum in eorum Ecclesias cum stola, & Cruce occasione associandi Cadavera, & similiter eisdem Quartam persolvere. Habito deinde desuper a Collegio Parochorum ipsius Civitatis recursum ad hanc Sacram Congregationem negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam. Eadem Sacra Congregatio visa relatione Episcopi Parmen., Partibus auditis, & informantibus, ad relationem Sanctissimi D. N. PP. Innocentii XIII. tunc Causæ Ponentis, censuit, & decrevit, servandam esse consuetudinem favore Parochorum in omnibus sub die 21. Martii 1720. Non acquiescentibus Partibus Adversariis hujusmodi resolutioni, repropoita causa ab Eminentissimo Priolo in locum Sanctitatis Sux in Ponentem suscepto: Ipsamet Sacra Congregatio stetit in Decisis sub dicta die 21. Martii 1720. Romæ 14. Novembris 1721. F. Cardinalis Paulutus. J. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

Preces Pa-  
rochorum.

§. 2. Cum autem sicut dilecti filii Parochi dictæ Civitatis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decreta hujusmodi, quo firmiter subsistant Apostolicæ confirmationis nostræ robore communitari summopere desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decreta præinserta auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Confirmatio  
relatorum  
Decretorum.

Clausulæ.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Augusti MDCCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmatur Decretum Camerale, ejusque ampliatio pro Inquilinis tempore Anni Sancti.

*Auctoritate Pauli III. hujusmodi Decretum editum fuit an. 1549. Apr. 29. Ampliatio vero auctoritate Greg. XIII. an. 1573. Feb. 20. Bened. XIII. Const. ed. 1724. Jun. 4. P. I. suspenduntur omnes Indulgentiæ d. Anno Sancto.*

Annibal Tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis Albanus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius.

XXXI.

Dat. 1. Janu.  
1723. An. 2.

**I**N favorem Inquilinorum, & Subinquilino- rum hujus Almæ Urbis respectu Anni Sancti, seu Jubilei quandocumque hujusmodi Annus venisset, de mandato felic. record. Pauli Papæ III. Decretum Camerale, & subinde de pari mandato etiam felic. record. Gregorii Papæ XIII. dicti Decreti confirmatio, & ampliatio emanarunt hujusmodi sub tenore, videlicet.

§. 1. Aloysius Tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis Cornelius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius. Invenimus alias Decretum in Camera Apostolica in favorem Inquilinorum factum tenoris sequentis videlicet - Guido Ascanius Sforzia Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis de Sancta Flora Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius - Nuper Nobis in Camera Apostolica non sine animi nostri displicentia pro parte Inquilinorum, & subinquilino- rum Urbis querelantium expositum fuit, quod ipsi a Dominis Domorum per eos ad pensionem annuam conductarum respectu Anni Sancti, five Jubilei, tam sub augmento pensionis fictos oblatores majorem pensionem offerentes inducentibus, quam etiam super earum evacuatione, etiam locatione durante, asserentibus Domos prædictas pro eorum usu habere velle, quotidie molestantur, & ex Domoibus per eos conductis contra formam juris expelluntur: nihilominus expulsi Inquilinis, five subinquilinis Domos prædictas pro majori pretio in grave damnum Inquilinorum, seu subinquilino- rum contra formam Decreti Cameralis, eorum promissionis, obligationis, & juramenti alteri locant. Nos, ut tenemur, ex debito nostri Camerariatus Officii, tranquillitati Curialium, Inquilinorum, & subinquilino- rum, ac malitias, calumniis, litibus, & controversiis, quæ inter dominos Domorum ex una, ac Inquilinos, & subinquilinos partibus ex altera quotidie exinde oriuntur, quantum possumus providere cupientes, ne Decretum alias per Antecessores nostros, & Camera Apostolicam in favorem Inquilinorum factum, in damnum, & præjudicium ipsorum retorqueatur; idcirco de mandato Sanctissimi Domini Nostri Papæ vivæ vocis Oraculo nobis desuper, ac ex Decreto in Camera Apostolica matura consideratione facto statuimus, & ordinamus, quod in futurum respectu Anni Sancti, vel Jubilei, quandocumque hujusmodi annus venerit per annum antea, & pro dicto Anno Sancto, vel Jubilei Inquilinis pensio Domus per eos conductæ a Dominis ipsis augeri, nec modus solvendi pensionem alterari possit: insuper pro majori Curialium, Inquilino- rum, & subinquilino- rum quiete ad lites, & controversias evitandas, ut præfatur, oraculo, & Decreto similibus, declarando Decretum in favorem Inquilinorum per Antecessores nostros, & per Camera Apostolicam alias factum in perpetuum statuimus, & ordinamus, quod ex nunc in posterum durante locatione Inquilini, tam ipse Inquilinus, quam Subinquilinus ejusdem ex Domo ab eisdem conductæ five subconductæ a Domino ipsius asserente Domum suam pro suo habere velle, expelli non posse, nisi juxta for-

Decretum  
præd., quo  
jullis de cau-  
sis præcipi-  
tur.

Ne per an-  
num antea,  
& in ipso an-  
no Sancto au-  
geatur pen-  
sio domus  
conductæ.

Nec Inquili-  
nus, & sub-  
inquilinus  
expellatur  
ante comple-  
tam locatio-  
nem, nisi ju-  
ris ordine  
servato.

mam

Completa vero locatio-  
ne uterque  
expelli pote-  
rit, si Domi-  
nus se obli-  
gaverit sub  
certis poenis  
ad eam inha-  
bitandam.

Poenæ in  
contrave-  
nientes Ju-  
dices.

Causæ con-  
firmationis  
& ampliatio-

mam juris communis; finita vero locatione quocumque modo finiat, si Dominus pro usu suo Domum habere intendit: tunc utroque casu Inquilinus expelli non possit, nisi prius Dominus juraverit, & sub poena amissionis pensionis duorum annorum Domus, de qua agitur de non locando alteri Domum prædictam, vel partem ipsius, sed eam totam per se ipsum per annum inhabitando in ampliori forma Camera Apostolica cum censuris, & mandatis executivis se obligaverit, etsi Dominus contraverit, statim in poenam prædictam incidat, que poena, si non intervenerit accusator pro medietate Fisco pro poena perjurii, pro alia vero Inquilino, vel subinquilino respectively in casu suo applicanda; sed si in dictis casibus intervenerit accusator, tertia pars poenæ prædictæ unicuique ipsorum applicetur. Declarantes, quod Subinquilinus finita locatione sui auctoris quocumque modo finiat etiam de consensu Domini, & Inquilini hujusmodi Inquilinorum privilegio non gaudeat, sed Domino volente teneatur eam liberam, & expeditam relaxare, nisi ab ipso Domino reconductam habeat; & si Notarius obligationem, & promissionem per Dominos Domorum faciendam contra formam præsentis nostri, & Camera Apostolica Decreti rogare præsumperit, ad poenam prædictam teneatur, & statim docto summarie per duos Testes de contraventione Domini Domorum, vel Notarii, tam contra eisdem Dominos, quam contra Notarium censuræ, sive mandatum executivum, tam ad instantiam Fisci, quam Inquilini, subinquilini, & Accusatoris parte citata per Rev. Præsidem Viarum per Camera Apostolicam deputatum, & pro tempore deputandum relaxetur; inhabentes omnibus, & singulis Almæ Urbis Judicibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, ne viso præsentis nostri & Camera Apostolica Decreto sub majoris excommunicationis, suspensionis a Divinis respectively, ac sub aliis arbitrii nostri, & successorum nostrorum poenis contra illius formam judicare, vel sententiarum audeant, sive præsumant, nec quilibet ipsorum audeat, vel præsumat, sed omnia in præsentis Decreto contenta, toties quoties opus fuerit futuris temporibus perpetuo inviolabiliter observare, ac observari facere teneantur, & debeant, & quilibet ipsorum teneatur, & debeat, quocumque alio Decreto in contrarium forsan desuper facto, ceterisque in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque, si fecus super his fiet, irritum, & inane declarantes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate. Et ut prædicti DD. Judices, Fiscus, Notarii, Inquilini, Subinquilini, Accusatores, & alii Curiales de omnibus contentis in præsentis nostro, & Camera Apostolica Decreto plenam notitiam habeant Decretum hujusmodi in Libris Camera Apostolica registrari, imprimi, in locis publicis solitis, & consuetis affigi ac publice vendi, transumptoque ejusdem impressio, manu unius ex Notariis Camera Apostolica subscripto tam in judicio, quam extra, indubitam fidem adhiberi volumus, & mandamus, Datum Romæ in Camera Apostolica anno a Nativitate 1549. Indictione septima, die vero 29. Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Divina Providentia Pauli Papæ III. -- Guido Ascanius Cardinalis Camerarius -- Vifa -- Hieronymus Baren. Camera Apostolica Decanus -- Vifa -- Italius Gonzaga Camera Apostolica Clericus -- Vifa -- Antonius Bononien. Camera Apostolica Clericus -- Vifa -- Hieronymus Torcellanus Camera Apostolica Clericus -- Vifa -- Franciscus Soderinus Camera Apostolica Clericus, & Viarum Præses -- Vifa -- Antonius Florenus Camera Apostolica Clericus -- Alexander Peregrinus. Cum vero ad Sanctissimum Dominum Nostrum magnis Inquilinorum querelis

perlatum est, Dominos Domorum suppositis fidei oblatoribus hoc anno pensiones ita augere cepisse, ut non modica inde eorum perturbatio, & præjudicium sequatur, idcirco idem Sanctissimus Dominus vivæ vocis oraculo nobis injunxit, ut pro commissio, nobis Camerariatus Officio super ea re mature provideremus. Nos itaque volentes Apostolicis, ut par est, obedire mandatis, simulque considerantes, quod Anni Sancti appropinquantis lætitia, atque devotio ab omnibus cum benedictione suscipi, non in occasionem lucri cum aliena calamitate fieri debeat, eodem vivæ vocis oraculo, & auctoritate Nostri Camerariatus Officii, supradictum Decretum confirmantes, & innovantes, illudque insuper ampliantes, statuimus, & ordinamus, quod in futurum respectu Anni Sancti, seu Jubilæi, quandoque is Annus venerit per duos annos antea, & ipso Anno Sancto, Inquilinis pensio Domus, sive Apothecæ per eos conductæ a Dominis ipsius, nec augeri, nec modus solvendi pensionem alterari possit, sive veteres Inquilini inconducta Domo, vel apotheca movere velint, sive novi conducant sub poena in supradicto Decreto contenta, & ut præmissa omnia ad quoruncumque notitiam deducantur; Volumus, & eadem auctoritate decernimus præsens nostrum Decretum, & statutum in Libris ejusdem Camera registrari, & in locis solitis, & consuetis ejusdem Urbis affigi, & publicari, illiusque transumpto impresso, & manu unius ex dicta Camera Notariis subscripto, tantam fidem in judicio, & extra adhiberi, qualis, & quanta eidem præsentibus originalibus Literis adhiberetur, si in medium exhiberentur. Datum Romæ in Camera Apostolica die 20. Mensis Februarii 1573. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Gregorii Divina Providentia Papæ XIII. Anno Primo. Aloysius Cornelius Cardinalis Camerarius -- Antonius Guida Auditor -- Andreas Martini.

§. 1. Quod quidem Decretum, & illius ampliatio, postea per san. me. Clementem Octavum, Gregorium XV., Innocentium X., Clementem etiam Decimum denuo confirmari, & servari mandatum fuit per publica Edicta diverforum Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerariariorum Prædecessorum nostrorum, in actis Bronori, & Camera Apostolica Secretariorum respectively diebus 22. Maji 1598., 9. Maji 1623., 14. Januarii 1648., prima Januarii 1673., & prima Januarii 1698. respectively edita.

§. 2. Et volens modo Sanctissimus Dominus Noster Dominus Innocentius Divina Providentia Papa XIII. suorum Prædecessorum vestigia insequendo, pro tranquillitate Curialium, & dictorum Inquilinorum, & Subinquilinorum, ut Decretum, & ejus ampliatio hujusmodi omnino servetur; Nobis ut Decretum, & ampliationem ipsam confirmaremus, & observari mandaremus specialiter injunxit: Nos itaque mandata Apostolica, ut par est, exequi volentes, & ut proximus futurus Annus Sanctus, sive Jubilæi in remissionem peccatorum, & Christi fidelium Animarum salutem institutus, ea, qua decet pietate, & devotione, atque lætitia, non autem in occasionem lucri suscipiatur, & nemini ex causa habitationum, & usus Domorum, & Apothecarum ejusdem nobis litigandi materiam, vel aliquod aliud asserat incommodum, opportune provide, ac Prædecessorum Nostrorum vestigia in his insequi volentes, de expresso ordine, & mandato ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Innocentii XIII. vivæ vocis oraculo nobis desuper facto, & auctoritate Nostri Camerariatus Officii præinsertum Decretum Camerale, necnon illius confirmationis, innovationis, & ampliationis literas omniaque, & singula in eis contenta, & expressa quacumque tenore præsentium confir-

nis relati Decreti.

Confirmatio, & ampliatio recentis Decreti ad aliorum annum ante Jubilæum, & ad novos inquilinos, si veteres discesserint.

Præd. Decretum, ejusque ampliatio quater confirmata fuere.

Causæ præsentis Confirmationis.

Confirmatio relati Decreti, ejusque ampliatio.

Clausula.

mamus, approbamus, & innovamus, illisque perpetuæ firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Ac prædictis Inquiliis, & Subinquinis Decretum, & Literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta quæcumque a Domorum, & Apothecarum Dominis, ac aliis, ad quos spectat perpetuo, & plenarie inviolabiliter, & ad unguem, etiam sub pœnis in illis contentis observari, & adimpleri; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & subdelegatos judicari, & diffiniri debere de mandato, & auctoritate similibus eorumdem tenore præsentium decernimus, & mandamus, irritum nihilominus decernentes, & inane quidquid secus fiet, contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. 4. Volumus insuper, pariterque decernimus, quod præsentium transumptis, etiam impressis, unius ex quatuor dictæ Cameræ Apostolicæ Secretariis, & Cancellariis manu subscriptis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus ipsis adheretur, si in medium exhiberentur. In quorum fidem &c.

Datum Romæ in Camera Apostolica Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1723. Indictione prima, die vero prima Mensis Januarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii, Divina Providentia Papæ XIII. Anno Secundo.

A. Cardinalis S. Clementis Camerarius. J. Amadorius olim de Laufredinis Auditor. Antonius Cajetanus Frosius Cameræ Apostolicæ Secretarius, & Cancellarius.

Die, mense, & anno quibus supra, prædictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Magnæ Curie Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, & in locis solitis, & consuetis Urbis ut moris est, per me Antonium Placentinum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curforem.

XXXII.

Eduntur Decreta pro restauranda Ecclesiastica Disciplina in Regnis Hispaniarum.

*Constitutiones spectantes ad hujusmodi Decreta hic suis locis laudantur. Inn. XII. Const. ed. 1697. Aug. 4. P. 8. confirmata sunt Congregatio super Disciplina Regulari. Et Bened. XIII. Const. ed. 1724. Sep. 23. P. 1. confirmatur præsens Constitutio.*

Dat. 13. Maj  
1723. ann. 3.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium a sollicitudine servanda, ad restaurandam Ecclesiasticam disciplinam.

**A**postolici Ministerii, quod Nobis licet immerentibus imposuit superni dispositio Consilii, ratio præcipue exigit, ut Ecclesiastica Disciplina in iis, qui in sortem Domini vocati sunt, aut servanda aut ubi opus fuerit restauranda, juxta Sacrorum Canonum instituta, & Sanctissimas Ecclesiæ leges, & Ordinationes omni studio advigilemus; post enim primi Parentis lapsum semper ad inferiora nos deprimit humanæ mortalitatis infirmitas, & carnis fragilitate observantiæ vigor paulatim relaxatur; unde & de mundano pulvere religiosa etiam corda fordescere, & in ipso Agro Domini spinas, ac tribulos itidem germinare quotidiana experientia edocemur; quod si noxia inde evellantur, & utilia plantentur, dubitandum non est, quin uberior, benedicente Domino, electi sanctorum operum frumenti messis exurgat, omnique Populus in via Domini, prælucente Clero, feliciter progrediatur.

§. 1. Cum itaque Dilectus Filius Noster Ludovicus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Belluga, & Muncada nuncupatus, Ecclesiæ Carthaginen. ex concessione, & dispensatione Apo-

Decreta hujusmodi edita fuere precibus Regis Catholici,

stolica Præful, in ipsis Pontificatus Nostri primordiis, Nobis exposuisset nonnulla Ecclesiastica Disciplina rationibus, ac saluberrimis Sacri Œcumenici Concilii Tridentini Decretis haudquaquam consentanea sensim in diversis inclytæ Nationis Hispanicæ locis obrepisse, iisque, ut opportunum remedium adhereret a Nobis, quibus est commissa plenitudo sollicitudinis, ne dum ipse Ludovicus Cardinalis, & Præful, sed alii Venerabiles Fratres Archiepiscopi, & Episcopi Regnorum Hispaniarum humiliter postulassent; eorumque enixis precibus sua etiam studia, ac vota Charissimus in Christo Filius Noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus pro ejus singulari pietate, & eximio Christianæ Religionis zelo, datis hac de re ad Nos pluribus Literis, conjunxisset: Nos Congregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus a Nobis deputatorum rem omnem sedulo examinandam demandavimus. Id autem cum ab ipsa Congregatione Cardinalium ea, qua par erat, maturitate præstitum, illiusque sententia ad Nos per ejusdem Congregationis Secretarium relata fuerit, de memoratorum Cardinalium consilio, congruum, & opportunum duximus ea, quæ infra sequuntur, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinae restaurationem, & spiritualem Regnorum Hispaniarum ædificationem, hac nostra perpetua vaticana Constitutione statuere, decernere, & declarare.

§. 2. Primum igitur, cum a Patribus memorati Concilii Tridentini, Divino afflante spiritu, sapientissime animadversum fuerit, quantum Christianæ Reipublicæ intersit accuratum haberi delectum circa eos, quibus sacra ministeria committenda sunt, & in quorum vitam ceteri fideles jugiter oculos conjicientes sumpturi inde sunt exemplum, quod imitentur, proptereaque provide ab iisdem Patribus cautum fuerit Ecclesiasticæ Militiæ per primam Tonfuram adscribendos nonnisi illos esse, qui probabilem præbeant conjecturam, se non secularis iudicii declinandi consilio, sed sincero animo præstandi fidelem cultum, ac servitium Deo, hoc vitæ genus elegerit: volumus, & pro tutiori ipsius Conciliaris sanctionis executione, ab omnibus Regnorum Hispaniarum hujusmodi Archiepiscopis, & Episcopis, non alii ad primam Tonfuram in posterum admittantur, quam quibus Ecclesiasticum aliquod Beneficium statim conferendum sit, aut quos confiterit Literarum studio operam sic dare, ut quasi in via ad Ordines, tum Minores, tum etiam deinde majores suscipiendos versari videantur; vel demum quos viderint expedire alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio deputari.

§. 3. Et tam in his, qui ad primam Tonfuram, quam in aliis, qui promoveri ad Ordines etiam minores optaverint, omnino fervetur pariter regula ab eodem Concilio Tridentino tradita: nimirum, ut nullus ordinetur, qui iudicio sui Episcopi, non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis, quique illi Ecclesiæ, aut pro loco, pro cuius utilitate, aut necessitate assumitur, non adscribatur, ubi re ipsa functiones muneri suo consentaneas exerceat. Quod si qui modo reperiantur, vel Clericali Tonfura jam initiati, vel ad Ordines, sive minores, sive majores jam promoti, qui nulli certæ Ecclesiæ, vel loco pio adscripti fuerint Episcopi ad inscriptionem hujusmodi, vel a se ipsis, vel a Prædecessoribus suis omisam, statim suppleant, non minus quoad omnes in majoribus Ordinibus, etiam Presbyteratus, constitutos, quam quoad eos, qui vel sola prima Tonfura, vel minoribus Ordinibus initiati, Beneficium tamen Ec-

Episcoporum, & Cardinalis Belluga, a quo Pontifici expositi fuerunt abusus in Hispaniam introduci.

Ad primam Tonfuram admittantur si dumtaxat, quibus statim sit conferendum beneficium, vel qui ratione studiorum videantur veluti in via ad omnes Ordines, vel quos exigit necessitas Ecclesiæ.

Nemo ad primam Tonfuram, vel Ordines promoveatur, qui Ecclesiæ utilis aut necessarius non sit, quique alicui Ecclesiæ non adscribatur. Promoti vero & non adscripti, adscribantur.

clesiasticum

clesiasticum possident. Ex reliquis autem, ut præfertur, vel sola prima Tonsura insignitis, vel in minoribus Ordinibus constitutis, sed Beneficio carentibus, non nisi eos adscribant, quos Ecclesiis suis utiles, vel necessarios esse judicaverint. Cæterum antedictæ adscriptionis executionem differri posse per aliquod temporis spatium, quod ipsis Episcopis conveniens videbitur, permittimus quoad eos, qui a Diocesi, in qua Tonsuram, vel Ordines susceperunt causa ediscendi Literarum scientiam in aliqua publica Universitate, vel Gymnasio, sive ex alia rationabili causa a suo Episcopo approbata, vel approbata, absentes reperiuntur.

§. 4. Cum autem Clerici, qui in Episcopaliibus Seminariis educantur, ut commodius ad literarum, sacrarumque rerum studium operam conferre, aliisque a Concilio Tridentino præscriptis addiscendis magis assidue incumbere possint, teneantur juxta ejusdem Concilii Decretum diebus tantum festis Cathedrali, aliisque locis Ecclesiis inservire: hanc quidem servitii per eos obeundi rationem servari in omnibus Hispaniarum Diocesium, necnon ipsos generalibus dumtaxat totius Cleri supplicationibus, sive Processionibus interesse volumus, & mandamus; sublata quacumque majoris servitii consuetudine, etiam immemorabili, postpositaque etiam quacumque appellatione, aut inhibitione. Si quod autem Seminarium reperiatur, in cujus fundatione aliter cautum esset ob adjectam gravioris servitii legem ab illo, qui Seminarium ipsum fundaverit, seu dotaverit, vel piam aliquam largitionem contulerit; Episcopi ad Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem id referant, ut desuper opportune providere valeant.

§. 5. Præterea, cum maxime deceat eos, qui propius ad sacratissima Mystra accessuri sunt, ultra cætera requisita, congruenti etiam polleere scientia, qua præditi viam salutis indicare aliis Christifidelibus possint; Episcopi non nisi eos ex Clero tam sæculari, quam regulari ad sacros Ordines admittant, quos ob scientiam, aliasque qualitates eo gradu vere dignos per diligentem inquisitionem compererint, ad eorum satis non sit illos qui promoveri ad Ordines prædictos optant, linguam latinam intelligere, Catechismo instructos esse, atque apte respondere quæstis circa Ordinem suscipiendum sibi in examine propositis. Qui vero ad Presbyteratus erunt assumendi, idonei prius, per accuratum similiter examen comprobentur ad ministranda Sacramenta, & ad Populum docendam ea, quæ seire omnibus necessariam est ad salutem; quod quidem, ut recte præstari possit eosdem Episcopos in Domino hortamur, ut quantum fieri potest, eos tantum ad Sacerdotium assumant, qui saltem Theologiæ moralis competenter periti sint.

§. 6. Quod si Domicilium in una Diocesi habentes, Beneficium vero in altera, ordinari ad ejusdem Beneficii titulum optaverint ab Episcopo, in cujus Diocesi Beneficium hujusmodi situm est, Episcopus domicili debet eos, si in suam Diocesim reverturi sunt super scientia, vel idoneitate examinare ante concessionem Literarum Testimonialium super eorum natalibus, ætate, moribus, & vita juxta Constitutionem felicis record. Innocentii Papæ XII. Prædecessoris nostri, quæ incipit - *Speculatores* obtinendarum: addito quoque competet idoneitatis testimonio in iisdem Literis: neque concedi nullatenus debeant, si antedicto examine tanquam habiles approbati non fuerint, nisi juxta præmissam formam non impetratis, minime possint ab alio Episcopo, cui etiam ratione obtenti Beneficii subiecti sint, ad ordines promoveri, sicque secus fiat Ordinans quidem a Collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero a susceptorum Ordinum executione

quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus penis pro modo culpæ, Nostræ, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio insignendis uterque subjaceat.

§. 7. Cumque etiam juxta memoratam Innocentii Prædecessoris Constitutionem ratione, ac titulo Beneficii in aliena Diocesi obtenti non aliter liceat Ordines ab Episcopo ejusdem Diocesis suscipere, quam si Beneficium prædictum sit ejus redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, detractis oneribus, per se sufficiat; declaramus sufficientiam hujusmodi præsumendam esse, non juxta Taxam Synodalem, sive morem pro promovendis ad sacros Ordines erigentem in loco prædicti Beneficii (nisi tamen illud continuam, & præcisam residentiam requirat), sed juxta Taxam, vel ea deficiente, juxta morem in alio loco Domicilii vigentem.

§. 8. Porro ad factam, rectamque servandam Ecclesiasticam Disciplinam non minus momenti habet, quod Clericali militiæ nomen dare non permittatur iis, qui haud satis idonei sint, quam quod eidem militiæ jam adscripti laudabilem vivendi rationem sectentur, eamque morem exhibeant innocentem, quæ Sanctitati suscepti Instituti respondeat, multoque magis, quod abstineant iis, quæ a Sacris Canonibus jure meritoque vetita sunt, uti prorsus indigna hominibus Tabernaculum Domini inhabitantibus, & venerando Altaris ministerio dedicatis; statuimus propterea, atque decernimus, quod, si qui sunt Clerici, aut prima Tonsura, aut Ordinibus minoribus initiati, nullumque Ecclesiasticum Beneficium possidentes, qui, neglectis Concilii Tridentini Decretis, habitum Clericalem, ac Tonsuram non deferant, vel si etiam deferant, non tamen certæ Ecclesiæ, aut loco Pio, cui ex mandato Episcopi adscripti fuerint, inserviant, sive in Seminario Ecclesiastico, vel in aliqua Schola, aut Universitate de licentia sui Ordinarii non versentur; Episcopi, nulla etiam præmissa monitione eos Privilegio Fori privatos declarent, eorumque adscriptionem servitio certæ Ecclesiæ antea factam deleri jubent. Sique ii meliorem vitæ rationem non inierint, aut etiam si alii sint, quos ex propria culpa efficiendos idoneos promotioni ad sacros Ordines sperari nequeat; iidem Episcopi, servata forma a Sacris Canonibus tradita, ad privationem aliorum Clericalium Privilegiorum contra ipsos procedant. Ubi vero reperiuntur Clerici Capellani, vel Beneficia cujuscumque etiam redditus, obtinentes, quorum improba vita aliis offensionem præbens destruat solius, quam ædificet, vel Concubinarii, aut sceneratores, vel ebrietati, ludivæ alearum dediti, vel factores rixarum, vel negotiatores, vel armagastantes, vel incertis sedibus vagantes, vel Clericalem habitum, Tonsuramque non deferentes, vel Ecclesiastica immunitate in fraudem tributorum, & vestigialium a Laicis non exemptis solvendorum temere abutentes, vel qui detum similia, aut majora crimina patrant, numero magis, quam merito ad Ecclesiam pertinere visi fuerint; Episcopi, præmissis tamen necessariis monitionibus, servatisque aliis de jure servandis, contra ipsos, ad penas a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris & a Sacris Conciliis impositas, & etiam ad privationem Beneficiorum, Capellaniarum, & Ecclesiasticorum Officiorum in omnibus illis casibus, in quibus prædicta privatio a Sacris Canonibus imposita est, humanis quibuscumque rationibus propositis, procedant, memores seipos neglectæ subditorum emendationis condignas Deo vindicæ penas persoluturos.

§. 9. Sed & cum Persona Ecclesiastica nunquam satis in obsequio supremo Numini exhiben-

Et Beneficium debet esse congruū juxta Taxam, vel consuetudinem loci domicilii.

Quibus poenis subjiciendi Clerici in habitu, & Tonsura non incedentes, vel suo muneris non satisficientes, vel vetita a sacris Canonibus patrant.

Clerici omnes in suis Ecclesiis in-

Clerici in Seminariis diebus tantum inferantur Ecclesiæ, & solis Processionibus generalibus interfiant.

Promovendi ad sacros Ordines, qua scientia polleere debeant.

Ab Episcopo Beneficii nemo ordinari potest sine Episcopi Domicilii testimonialibus super ejus scientia.

duant superpelliceum, & Ecclesiasticis collationibus inter sint.

Beneficia, & Capellaniis: ne certo proventu supprimantur, quæ vero habent minorem tertiam congruam partem conferantur sine prima Tonfura.

Curam animarum gerentes saltem festis diebus populum erudire debent per se, per alios vero si idonei non sint, sed eorum expensis.

dis, iisque præstandis, quæ eorum statui consentanea sunt, exerceri valeant, plurimum in Domino commendamus pium morem in plebibus Hispaniarum Diocæsis vigentem, ut Clerici tam in minoribus, quam in majoribus Ordinibus constituti, atque etiam Presbyteri, tametsi Beneficia, vel Officia Ecclesiastica non habentes superpelliceo induti in Ecclesiis, quibus adscripti fuerint, Missæ Conventuali cum Cantu celebrata, necnon primis, & secundis Vesperis Officii diebus Dominicis, aliisque festis assistant. Quinimo enixe hortamur, ut Episcopi aliarum Diocæsum, in quibus mos ille institutus hætenus non fuerit, id in posterum servari curent in omnibus, ac insuper fatagant, ut omnes Ecclesiastici prædicti etiam collationibus habendis coram Parochis suis, vel aliis ab Episcopo deputatis super casibus conscientie forum concernentibus, & super ritibus, ac ceremoniis sacris interfint.

§. 10. Et quoniam in prædictis Hispaniarum Regnis reperiri intelleximus Beneficia, & Capellaniis etiam de jure patronatus, vel Ecclesiasticorum, vel Laicorum, nullo tamen certo proventu instructas, vel adeo, ut non ad dimidiam, nec ad tertiam partem congruam pro Clericis ad sacros Ordines promovendis necessaria ascendant; malis haud quidem levibus inde erumpentibus occurrere cupientes, statuimus, & mandamus, quod Episcopi ad Beneficiorum, & Capellaniarum, quæ nullum certum redditum habent, suppressionem statim deveniant. De aliis vero Beneficiis, & Capellaniis, quarum certus annuus fructus ad memoratam saltem tertiam congruam partem non ascendit, decernimus nulli in posterum conferendam esse primam Tonfuram ratione juris assequendi aliquod ex dictis Beneficiis, & Capellaniis. Utque Patronatum jura, quantum fieri possit, salva remaneant, liceat Patronis tam Ecclesiasticis, quam Laicis ad dicta Beneficia, & Capellaniis nominare, non tamen veluti ad Beneficia Ecclesiastica requirentia nominandis primam Tonfuram, sed tanquam ad legata pia; & nominati tametsi primam Tonfuram non habentes, ea retinere possint uti pia legata cum onere adimplendi omnia onera a fundatoribus injuncta.

§. 11. Non sine gravi animi nostri dolore etiam accepimus, quod, quamquam Tridentina Synodus decreverit omnes, qui Parochiales, vel alias curam Animarum annexam habentes Ecclesias quocumque modo obtinent, debere diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pacere salutaribus verbis, docendo ea, quæ Christiani ad salutem scire oportet, ac explicando Divinæ Legis præcepta, Fideique dogmata, puerosque ejusdem fidei rudimentis imbuendo, & brevi, facilique sermone vitia denuntiando, quæ declinare, & virtutes, quas sectari oporteat; nihilominus nonnulli Parochialium Ecclesiarum Rectores, hæc, quæ suarum partium adeo sunt, prætermittunt, culpam hujusmodi amoliri nitentes, vel prætextu immemorabilis, sed quidem prævæ consuetudinis, vel quia hæc ab ipsis præstare necesse non videatur, suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras Conciones in aliis Ecclesiis, itemque imbuentium pueros Mysteriis Fidei, vel in scholis, vel in computis. Ne itaque sub inani istarum, aliarumque similium excusationum prætextu tanta Christianæ Reipublicæ pernicietis fruatur, districte præcipimus singulis Hispaniarum Archiepiscopis, & Episcopis, ut omnino efficiant, quod omnes ii, qui Animarum curam gerunt, munia prædicta per seipsos, vel, si legitime impediti fuerint, per alios idoneos diligenter exequantur. Si vero aliqui non satis habiles ad illa obeunda reperiantur, iidem Archie-

episcopi, & Episcopi per alios a se deputandos sumptibus Parochorum minus idoneorum opportune suppleri curent; & in posterum Beneficia, quibus Animarum cura imminet, nonnisi vere idoneos ad memorata Officia per seipsos adimplenda conferentur.

§. 12. Præterea, ne Constitutionis Sancti Pii V. etiam Prædecessoris Nostri, in qua taxatur congrua fructuum portio Vicariis perpetuis Animarum curam exercentibus assignanda, interpretationem ab ejus sententia alienam fieri contingat; declaramus Constitutionem illam pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum Ecclesiarum Parochialium, quæ aliis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Beneficiis, & Locis Piis unitæ sint: necnon portionem annuam fructuum, quæ ibidem statutur assignanda ipsis Vicariis in summa non majori, quam centum nec minori, quam quinquaginta scutorum, intelligi debere de scutis argenteis Juliorum decem monetæ Romanæ pro quolibet scuto.

§. 13. Quoties itaque in aliis Parochialibus Ecclesiis, quæ, ut præfertur, unitæ non sint, oportuerit ex aliqua justa causa provideri per Coadjutores Parochorum, aut per Vicarios temporarios; curæ erit Episcopis pro data sibi a Tridentina Synodo potestate partem fructuum prædictis Coadjutoribus, aut Vicariis assignandam determinare in ea quantitate, quæ pro suo prudenti arbitrio, & conscientia conveniens videbitur, ratione videlicet habita reddituum, & emolumentorum Ecclesiæ Parochialis, in qua deputati fuerint, necnon inspectis conditionibus Loci, numero Animarum, qualitate laboris, & quantitate impensarum, quas commissi Officii necessitas postulaverit. Quod si Parochi ab Episcopis moniti, congruo iisdem termino præfixo, Coadjutores, seu Vicarios temporarios, quoties opus fuerit, assumere neglexerint; poterunt ipsi Episcopi eos, quos huic muneris idoneos censuerint auctoritate propria deputare cum assignatione antedictæ portionis fructuum. Et nihilominus, ubi etiam prædicti Coadjutores, aut Vicarii temporarii a Parochis nominati, vel assumpti fuerint, de eorum idoneitate Episcopis constare per examen debeat, antequam ad exercitium admittantur; nec satis sit, quod ad confessiones audiendas antea fuerint approbati, nisi aliis etiam qualitatibus ad Curam Animarum recte exercendam opportunis præditi noscantur. Quibus si careant, nec Parochi deinde intra alium similem terminum ab Episcopis præfigendum alios vere idoneos nominaverint: tunc pariter ad ipsos Episcopos liberè spectet deputatio cum dicta congruæ assignatione; nec ulla Parochorum contradictio, aut exemptio, aut appellatio, aut cujuscumque Judicis inhibitiō executionem deputationis, & assignationis certæ partis fructuum in casibus præmissis suspendere possit, itemque non obstante qualibet contraria consuetudine, etiam immemorabili.

§. 14. Verum, quia non satis Animarum curæ, & necessitatibus quandoque consultum est per hoc, quod ad obeunda Parochialia munia alii Sacerdotes Parochis adjungantur; sed majora remedia adhiberi oportet, quoties nempe ob locorum distantiam sive itineris difficultatem Parochiani sine magno incommodo pro Sacramentis percipiendis, Divinisque Officiis audiendis accedere ad Ecclesiam Parochialem nequeant, tunc quidem meminerint Episcopi licere sibi pro suo arbitrio, invitis etiam Rectoribus, vel intra eandem Parochias destinare alias Ecclesias in quibus Sacerdotes Parochorum Coadjutores Sacramenta ministrent, & Divinum cultum exhibeant, vel novas Parochias, novaque Parochiales Ecclesias a veteribus distinctas constituere, iisque novos Parochos præficere assignata

Explicantur verba Constitutionis Pii V. Vicariorum perpetuorum portio.

Qui, & a quibus eligendi Vicarii temporarii, necnon quæ portio iis assignanda.

Constituatur Ecclesiæ Vicariæ, vel novæ Parochiæ.

ex redditibus ad veterem Parochialem Ecclesiam quomodocumque pertinentibus convenienti portione ad victum eorum, qui, vel tamquam Coadjutores in dictis aliis Ecclesiis deputati, vel tanquam distincti, & independentes Parochi curam Animarum exercuerint; nulla ad præmissa impedienda suffragante appellatione, aut inhibitione.

Ubiq̄ & semper concedendos Episcopis primatus.

§. 15. Cum ad præscriptum quoque Tridentinæ Synodi Episcopis is honor tribuendus sit, qui eorum dignitati convenit, eisque in Choro, & in Capitulo, in Processionibus, & aliis actibus publicis primus locus esse debeat, & præcipue omnium rerum agendarum auctoritas; mandamus id religiose, ac perpetuo observari in omnibus actibus adeo iuste hujusmodi præminentia, & auctoritati consentaneis, non obstantibus privilegiis etiam ex fundatione competentibus, consuetudinibus etiam immorabilibus, sententiis, juramentis, & concordiiis, quæ suos tantum obligent Auctores.

Religiosarum personarum numerus cor. respondet domo un. redditibus.

§. 16. Præterea, ut Claustralis quoque disciplina vigor illibere permaneat, Pontificæ nostræ sollicitudinis partes etiam duximus interponendas. Cum itaque experientia compertum fuerit quantum detrimenti illi afferatur, ex quo plures ad Religiosum habitum admittantur, quam vires reddituum patiantur: moderno, ac pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in iisdem Hispaniarum Regnis Nuncio per præsentem committimus, & mandamus, ut curet, & vigilantiam adhibeat, ne contra præscriptum memorati Concilii Tridentini in Monasteria, Conventus, & Domo, tam Virorum, quam Mulierum, sive bona immobilia possideant, sive non possideant, major numerus recipiatur, quam qui, vel ex proventibus propriis ipsorum Monasteriorum, Conventuum, aut Donorum, vel ex consuetis elemosynis, aliisque quibuscumque obventionibus, in commune tamen conferendis, commode possit sustentari.

Ad quem Episcopum dirigendæ Literæ dimissoriales Religiosorum promovendorum Et Episcopi per se conferant Ordines.

§. 17. Quoties vero Regulares ad Ordines erunt promovendi, servetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum a piæ mem. Clemente Papa VIII. Prædecessore etiam nostro confirmatum die 15. Martii 1596., quo sancitur non ad alium quam ad Episcopum Diocesannum literas Dimissorias pro eorundem Ordinum susceptione a suis Superioribus esse dirigendas, præterquam in casu quo Diocesannus a Diocesi abesse, vel Ordinationes non esse habiturus, quo etiam casu in Literis Dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debeat mentio, vel de prædicta Episcopi Diocesani absentia, vel de illa alia causa, videlicet, quod Ordinationes non sit habiturus: exceptis tamen quoad prædicta Regularibus illis, quibus per speciale privilegium a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut a quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo indulto nihil per præsentem innovare intendimus. Noverint autem Episcopi se debere per semetipsos, secluso agrotationis casu, Ordines conferre, & sacrorum Ordinum collationem statuti a jure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, vocatis, & adstantibus Canonicis, publice habendam esse, vel si in alio Diocesis loco, semper tamen in Ecclesia quantum fieri poterit digniori, ac præsentem Clero ejusdem loci. Ne vero incertitudo, an ipsi ordinationes sint habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis, varia Diocesis loca inhabitantibus; per mensum ante singulis vicibus publico Edicto ab eisdem Episcopis denuntietur, se Ordinationes esse habituros, adeo quoties denuntiatio hujusmodi facta non fuerit, inde satis intelligant Regulares, Episcopum Diocesannum Ordinationes ea vice minime esse habiturum, sibi que id-

circo licitum futurum Ordines ab alio Episcopo suscipere cum literis dimissoriis a suorum Superiorum ad eum directis, servata in iis forma superius expressa sunt.

§. 18. Episcopi in omnibus Mulierum Monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis vero exemptis auctoritate Sedis Apostolicæ inconcussè observari curent, quæ circa sanctimonialium clausuram, vetitumque in dicta Monasteria ingressum, tam in Decretis Tridentinæ Synodi, quam in Constitutione similis memoriæ Gregorii Papæ XIII. etiam Prædecessoris nostri edita Idibus Januarii anni Millefimi quingentesimi septuagesimi quinti provide ordinata sunt.

Episcopi invigilent in Monialium clausuram.

§. 19. Perpendentes etiam Christianæ Reipublicæ in primis expedire, ut ministerium, ac potestas clavium in remittendis, retinendisque peccatis recte exerceatur; declaramus Sacerdotes, tam Sæculares, quam Regulares, qui ab Episcopis obtinuerint licentiam audiendi Confessiones limitatam, vel quoad locum, vel quoad genus personarum, vel quoad tempus, non posse pœnitentiæ Sacramentum administrare extra tempus, vel locum, vel genus Personarum ab ipsis Episcopis præscriptum, quocumque privilegio etiam in vim Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ Sanctæ, competente nullatenus suffragatur. Cumque idem Innocentius Prædecessor per suas die decima nona Aprilis anni Millefimi septingentesimi expeditas Literas decreverit Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus non licere confessiones eorum, a quibus ex Indulto prædictæ Bullæ Cruciatæ ad id electi fuerint, audire, absque præcedenti approbatione Ordinarii illius loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & Confessores eligunt, etiam si ab Ordinariis aliorum locorum antea approbati fuissent, ac etiam si Pœnitentes Ordinariis illis, qui Confessores electos approbassent, subditi essent; necnon Confessiones aliter factas, ac respectivè exceptas, nullas fore, irritas, & invalidas, & Confessores ipso Jure suspensos esse; Nos eandem Constitutionem approbantes, confirmantes, & innovantes declaramus insuper prædictis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus ad confessiones excipiendas, vel ex vi prædictæ Bullæ Cruciatæ, vel ex quocumque alio Privilegio electis suffragari minime etiam posse, quod approbati alias fuerint ab Episcopo illo, qui aliquando fuerit Ordinarius Loci, in qua Confessiones audiendæ sint, sed talis tunc temporis amplius non existat, vel quia ab humanis excesserit, aut Episcopatu renuntiaverit, vel quia ad aliam Ecclesiam auctoritate Apostolica translatus reperitur, sed necessariam omnino esse illius, qui actualiter, & pro tempore Ordinariam Jurisdictionem in ea Diocesi exerceat approbationem. Hæc tamen suffragetur etiam tacita, eaque adesse censeatur, quousque præcedens licentia, sive approbatio duret, & revocata ab eo non fuerit; in quo Casu nova, & expressa impetranda erit, si illa præcedenter obteuta, vel per temporis adscripti lapsum expiraverit, vel per posteriorem revocationem sublata fuisset.

Confessarii approbandi omnino sunt ab Episcopis Diocesanis.

Etiam si sint Regulares respectu Monialium sibi subjectarum.

§. 20. Meminerint quoque Regulares se excipere non posse Confessiones Monialium, tamen si eorum regimini, & gubernio subjectæ sint, nisi ultra licentiam suorum Prælatorum Regularium præcedat examen coram Episcopo Diocelano faciendum, ejusque specialis quoad Confessiones dictarum Monialium approbatio; remota quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili.

§. 21. Cumque ex eodem Concilio Tridentino Confessor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium Confessiones audiat; si in posterum superiores Regulares quoad Monasteria ipsi subjecta to-

Qui, & quoties deputandi in Confessarios Extraordinarios Monialium.

ries prædictum extraordinarium Confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem Ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint sacerdotem aut Sæcularem, aut Regularem alterius diverſi Ordinis Professore: in his Caſibus Episcopi pro suo arbitrio, & conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo, aut prætextu a Superioribus Regularibus valeat impediri.

Episcopi observare faciãt Cæremoniale Rituale, & Rubricas.

§. 22. Episcopi insuper abusus omnes, qui in Ecclesiis aut Sæcularibus, aut Regularibus contra præscriptum Cæremonialis Episcoporum, & Ritualis Romani, vel Rubricas Missalis, & Breviarii irreperſerint, studeant omnino removere. Et si adversus ea, quæ in dicto Cæremoniali statuta sunt, consuetudinem etiam immemorabilem allegari contingat; postquam recognoverint, aut eam non satis probari, aut etiam probatam suffragari, utpote irrationabilem, de jure non posse; executioni eorum, quæ in dicto Cæremoniali constituta sunt, diligenter incumbant, nec ulla suspensiva appellatio admittatur.

Item Sess. 22. de celebratione Missarum.

§. 23. Sedulo pariter curent iidem Episcopi, ut eliminentur abusus, si qui forſan, tam quoad Ecclesiasticos Sæculares, quam quoad Regulares induci fuerint adversus Concilii Tridentini Decretum de observandis, & evitandis in celebratione Missarum Sess. 22., & contra Regulares, si opus fuerit, procedant ex Apostolica delegatione in eo decreto ipsis Indulta, postposita quacumque appellatione suspensiva, sed solum reservata in devolutivo super quocumque dubio, quod excitari contigerit, declaratione Congregationis pro tempore existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium memorati Concilii Interpretum.

Necnon Decretum Clem. XI. de Missa in privatis Oratoriis, ac Altare portatili.

§. 24. Cumque circa Missarum celebrationem in privatis Oratoriis, necnon circa usum Altaris gestatorii, a recolenda memor. Clemente Papa XI. Prædecessore etiam nostro opportunum Decretum promulgatum fuerit die 15. Decembris anni 1704. Episcopi dent operam, ut omnia ibidem statuta etiam in Regnis Hispaniarum ferventur, idemque Decretum in suis respectivè Diocæsibus, ut facilius omnibus innotescat, publicari faciant, addita etiam prohibitione ne in privatis Regularium Cellis, sive Cubiculis erigatur Altare pro re sacra ibidem facienda, & contra quoscumque contravenientes censuris etiam Ecclesiasticis procedant, adhibita quoad Regulares auctoritate Sedis Apostolicæ in memorato Decreto ipsis delegata, remotaque quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili. Declaramus tamen, quod cum in prædicto Decreto statuatur, non licere Episcopis extra Domum propriæ habitationis in Domibus Laicis erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, seu celebrari facere; hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de Domibus etiam Laicis, in quibus ipsi Episcopi forte occasione Visitationis, vel itineris hospitio excipiantur, ut nec etiam quando Episcopi in casibus a jure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia absentes a Domo propria ordinariæ habitationis, moram idcirco faciant in aliena Domo per modum similis habitationis: his enim casibus licita iis erit erectio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non secus, ac in Domo propriæ ordinariæ habitationis.

Abolentur omnia Privilegia relativa contraria.

§. 25. Præcipimus quoque accurate attendi, ac adimpleri quæcumque alia præscribuntur in ejusdem Generalis Synodi Sess. 25. de Regularibus, & Monialibus, cumque in Capitulo 25. amplissime derogetur omnibus contrariis Privilegiis sub quibuscumque formulis verborum conceptis, ac Mare magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon Constitutionibus, & Regulis etiam juratis, atque etiam consuetudinibus vel Præscriptionibus, etiam immemorabilibus;

ſeiant omnes derogationem hujusmodi non ad ea tantum referri, quæ in prædicto Capitulo continentur, sed etiam ad alia, quæ in singulis superioribus Capitibus ejusdem Sessionis constituta sunt.

Quæ ratio servanda in judiciis Criminalibus.

§. 26. Ad hæc ut recta in Judiciis ratio servetur præcipimus, quod ubi in Causis Criminalibus Ordinarii Locorum in Regnis Hispaniarum processerint ex Officio, hoc est non ad ullius querelam, sive accusationem, si ab eorundem Ordinarium sententiis appellatio, vel ad Sedis Apostolicæ Nuntium, vel ad Metropolitanos interposita fuerit: tunc (ne alioquin, si nullus Actoris partes gerat, delinquentes poenam suis criminibus debitam effugiant) Procuratores Fisciales Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ, & respective etiam Curia Metropolitanæ, instantias, aliosque actus desuper necessarios peragant, & prosequantur, ut prædictæ Ordinarium sententiæ iustam confirmationem, & executionem obtineant. Quod si dictis Procuratoribus Fiscalibus non citatis, & inauditis, contrarias sententias in gradu appellationis proferri contigerit, istæ prorsus nullæ sint, ac irritæ cum omnibus actis gestis, nullumque sortiri debeant effectum: quinimo præcedentes Ordinarium sententiæ executioni mandentur, proinde ac si appellatio ab iis interposita nullatenus fuisset.

Item in Appellationibus, & Inhibitionibus.

§. 27. Cæterum cum generaliter circa appellationes, & inhibitiones, satis provisum fuerit per Constitutionem piæ memor. Innocentii Papæ IV. Prædecessoris etiam nostri in Capit. Romana, ac etiam per Decreta Concilii Tridentini, itemque alia edita die 16. Octobris 1600. a Congregatione negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, & a præfato Clemente VIII. Prædecessore confirmata; ac denique etiam alia promulgata tempore Pontificatus similis memor. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris itidem nostri, die videlicet 5. Septembris 1626., volumus, & mandamus, quod quidquid in omnibus memoratis Constitutionibus, & Decretis statutum, diligentissime per omnes iis comprehensus observetur in Causis ad Curias Ecclesiasticas pertinentibus in Regnis Hispaniarum: quacumque consuetudine etiam immemorabili, vel quovis privilegio, aut stylo concedendi etiam quædam inhibitiones nuncupata temporarias penitus excluso.

Necnon in Causis Civilibus.

§. 28. Quo vero ad Judices Conservatores, & modum, ac facultatem procedendi in Causis Civilibus, quæ ad eorum cognitionem pertinere possint, inviolate custodienda erit norma præscripta in Constitutionibus felic. record. Innocentii IV., Alexandri IV. Bonifacii VIII., Gregorii XV., aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum hac de re editis, necnon in Decretis Concilii Tridentini, sub penis ibidem contentis, quas præfenti nostra Constitutione innovamus, & confirmamus: hoc etiam addito, ut iidem Judices Conservatores, & mandatorum suorum Executores exhibere debeant Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis Literas suæ deputationis, quarum vigore procedere intendant.

Decreta omnia Concilii Tridentini. inviolabiliter observentur.

§. 29. Enixè denique, & ex intimo Paterni cordis Nostri sensu omnes e Religiosissima Hispanica Natione monemus, ut memores sint teneri se exactè, firmiter, & cum effectu observare etiam omnia, & singula in cæteris omnibus ejusdem Tridentini Concilii Decretis sancita. Et ne eorum executio posthac ullo modo impediatur, aut retardetur, decernimus, & declaramus nullum pro impedienda, aut suspendenda executione Conciliarium sanctionum ejusmodi, aut Decretorum, quæ ab Ordinariis edita fuerint pro executione pariter eorum, quæ in ipso Concilio statuta sunt, suffragari posse, ac debere contrarium Privilegium, quod ante præ-

dicti Concilii promulgationem a Sede Apostolica obtentum fuerit, nisi etiam post ipsum Concilium fuerit in forma specifica ab eadem Apostolica Sede confirmatum, vel noviter concessum, itemque obtinere non posse ullum statutum, vel concordiam quæ a prædicta Apostolica Sede specialiter confirmata non sit, neque quemcumque longævum non usum, aut contrariam consuetudinem, vel præscriptionem etiam centenariam, vel immemorabilem, nisi forsan præfata consuetudinis, aut præscriptionis materia capax sit, & insuper consuetudo, aut præscriptio immemorabilis probata jam sit, & admissa a competenti Judice per tres sententias conformes, vel per unam, quæ in iudicatum transferit, nec demum quamcumque appellationem, sive inhibitionem etiam temporariam; reservato dumtaxat recurso in devolutivo ad memoratam Congregationem Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum; quibus etiam tanquam Executoribus in præsentium nostrarum Literarum, non solum committimus, & mandamus, ut eas ipsarumque Decreta, & Ordinationes omnes perpetuo, & inviolabiliter observari faciant cum eadem potestate, quæ iisdem Cardinalibus a Sede Apostolica tributa est pro executione Decretorum memorati Concilii, sed etiam privative facultatem impertimur, quandocumque opus fuerit, interpretandi, duplicandi, ac declarandi eandem Nostram Constitutionem, omnesque, & singulas Ordinationes in ea contentas (exceptis his, quæ ad Cærimoniale Episcoporum, & Rituale Romanum, & Rubricas Missalis, & Breviarii pertinent) quatenus illis dubietas aliqua, aut difficultas emerferit; non retardata tamen interim illarum executione, adeo ut ante hujusmodi executionem, nec ullus recursus ad eandem Congregationem Cardinalium, nec ulla super quovis dubio consultatio promoveri possit. Decretis vero Declarationibus a prædicta Congregatione faciendis, postquam nostra, aut Romani Pontificis pro tempore existentis approbatio accesserit; statim quæcumque reclamatio, aut consultatio omnino cessare perpetuumque silentium desuper impositum censi debeat.

Clausula.

§. 30. Decernentes pariter easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari debere: sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfate Nuncios, aliove quolibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 31. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum etiam Jesu, & quorumvis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, Locorum Piorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Monasteriis, Con-

ventibus, Ecclesiis, & Locis prædictis, illorumque respective superioribus, aliisque quibuslibet personis, etiam specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis etiam Motu, scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quælibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem præsentibus pro expressis, & inferis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 32. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem profusus fides, tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Maji MDCCXXIII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Ordinis Minorum de Observ., & Reformat. in perenne grati eorumdem in Sanctitatem S. animi testimonium.

XXXIII.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

EX injuncti Nobis Divinitus pastoralis officii debito, illa, quæ a Christi fidelibus Altissimi obsequiis sub suavi Regularis Disciplinæ jugo mancipatis uberesque bonorum operum fructus, benedicente Domino, proferre jugiter satagentibus, pro unanimique constituta esse noscuntur consilio, ut perpetua firmitate perennet, libenter Apostolici muniminis nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, roboramus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Generalis, & Diffinitores, etiam Generales Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum, quod ipsi alique ejusdem Ordinis Fratres in eorum Capitulo Generali novissime in Conventu S. Mariæ de Araceli Almæ Urbis nostræ celebrato simul congregati, ac secum reputantes peculiarem illum paternæ charitatis affectum, quo universum Ordinem prædictum in humilitate quippe, & paupertate fundatum, ac præclaris in Catholicam religionem, & hanc S. Sedem meritis fulgentem prisco gentis nostræ, plurimumque de sanguine, & familia Nostra Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrarum, qui eundem Ordinem, illiusque fratres plurimi semper fecerunt more, & instituto complectimur, necnon recolentes recentia, atque luculenta Pontificia Nostræ benevolentia argumenta, quæ eis, vel maxime

Dat. 3. Junii 1723. An. 3.

Exordium.

A Summis Pontificibus de Comiribus plurimi semper factus est Ordo Minorum, & ab hoc Pontifice præsentia decoratum fuit Capitulum Gen.

Decretum prædictum quo dies anniversarius d. Capituli festivus declaratur, & instituitur perpetua suffragia pro anima Pontificis, ac preces pro eius familiae incolumitate.

perhibuimus occasione memorati eorum Capituli Generalis, quod non modo coram Nobis convocavimus, sed præsentia etiam nostra decorari volumus, ac propterea aliquod grati, & devoti illorum in Nos animi testimonium exhibere ac perpetuum monumentum extare cupientes communibus suffragiis Decretum ediderunt, & promulgarunt, tenoris, qui sequitur, videlicet: Decretum. Cum Sanctissimus Dominus Noster Innocentius, Divina Providentia Papa XIII. egregiam in Nostrium Ordinem voluntatem a majoribus suis, etiam ad Apostolicam Sedem evectis, jure quodam sanguinis, ac indita suæ Genti pietate in se derivatam, singulari beneficentiæ, atque amoris argumento comprobare volens, universæ familiæ Nostre, comitiis idibus Maji in ædibus Sanctæ Mariæ de Aracæli celebratis, dignatus sit interesse, ac præsidere tanta optimi Principis humanitate, ac Majestate simul, ut erumpentes præ gaudio lacrymas coram Apostolico Throno vix revocandi Nobis potestas fieret, ne tam illustri Beneficii memoria ulla unquam temporum injuria, aut asperitate Nostrorum mentibus excidat, Generale Capitulum gratum animum, ut per Franciscanam Paupertatem licet, exhibere cupiens, præponente Reverendissimo P. Ministro Generali, approbantibusque Definitoriis Patribus statuit, atque decernit, ut factus ille Dies, qui tanta, ac sua insigni Clementissimi Principis dignatione honestatus est, inter festivos, & toti Ordini sacros perpetuis futuris temporibus habeatur, singulisque annis, eodem ipso recurrente Die, in omnibus utriusque familie Conventibus pro longæva, prosperæ Sanctitatis Suæ, atque inclytæ Nobilissimæque suæ Domus incolumitate, ac sospitate, sacrum solemne peragatur, atque ab omnibus universi Ordinis utriusque sexus Fratibus, & Sororibus eadem pro re crebra ad Deum preces fundantur. Ne autem hæc grati animi testificatio una cum vita Sanctitatis Suæ, quam Deus Opt. Max. ad Christianæ Reipublicæ felicitatem, & nostri Ordinis compendium diu multumque servare dignetur, finem aspicat, idem Capitulum Generale præponente eodem Reverendissimo P. Generali Ministro, probantibusque eisdem Definitoriis Patribus, statuit, ac mandat, ut cum Sanctitas Sua viam universæ carnis ingressus Mortales hæc exuvias reliquerit, pro ejus animæ requie omnes, & singuli universi Ordinis Sacerdotes tres Missas celebrent, & in singulis Conventibus solemnis missa cum integro Defunctorum officio decantetur, Clerici vero, & Laici, Monialesque omnes, ac respectivè singuli, & singulæ, tres, ut ajunt, coronas B. M. Virginis, & duas stationes recitent, atque insuper, ut monumento nunquam interituro tanti Pontificis memoria consignetur, in omnibus universi Ordinis Conventibus perpetuo pro anima ejus fiat Anniversarium. Id autem in omnes Tabulas Ordinis inscribi, ac inferri, & per universum Franciscanum orbem promulgari, idem Capitulum Generale cavet, sanxit, ac Decretum voluit in Comitibus Generalibus Aracælitans hac die 17. Mensis Maji, Anno Domini 1723. - Pater Laurentius a S. Laurentio Minister Generalis, Fr. Joseph Garzia Exminister Generalis, Fr. Joannes de Soto Commissarius Generalis, & Indiarum, Fr. Cherubinus a Nardo Excommissarius Generalis, Fr. Deodatus a Roma Excommissarius Reformat., Fr. Franciscus ab Altamura Excommissarius Generalis Observantium, Fr. Antonius Blanch Discretus perpetuus Ordinis, Fr. Joannes Cosinus a Monte Miniani Discretus perpetuus Ordinis, Fr. Joannes a Petrasitta ex vice Commissarius Generalis.

Preces Definitorii.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat ipsi Exponentes Decretum hujusmodi a Nobis approbari, & quo firmiter subsistat Apo-

stolica confirmationis Nostre patrocínio communiri plurimum desiderent, Nos sinceram Fratrum Ordinis præfati in Nos, & Sedem Apostolicam devotionem attendentes, plurimumque in Domino commendantes enixis, ac iteratis supplicationibus eorumdem exponentium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinfertum auctoritate Apostolica harum serie approbamus, & confirmamus, ratumque & acceptum habemus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes eandem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cansarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit præfati Ordinis, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statuis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die III. Junii MDCCXXIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confirmatur Constitutio Innoc. XI. de Cœnobio Thorunensi aggregando Provinciæ Poloniæ Majoris Fratrum Min. de Observ.

XXXIV.

Varie Constitutiones pertinentes ad hujusmodi Cœnobium hic referuntur. Et Constitutio Inn. XI. edita fuit 1685., Maji 12., P. 9. De divisione Provinciæ S. Antonii in Hispania vide Inn. XII. Const. ed. 1694. Maji 19., P. 3. Et Benedicti XIII. Const. ed. 1718. Mar. 7. P. 5. extat prohibitio erigendi Cœnobium in Hispaniis.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dat. 12. Julii 1723. An. 3.

Ad futuram rei memoriam.

Alias fel. rec. Innocentio PP. XI. Prædecessori Nostro pro parte tunc existenti Ministri Provincialis Poloniæ Majoris Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum exposito, quod dudum in vim quarundam literarum rec. mem. Pauli PP. II. Prædecessoris pariter nostri anno Incarnationis Dominicæ 1467. sexto decimo Kal. Februarii Pontificatus sui Anno IV. expeditarum tres Conventus dicti Ordinis, nempe Thorunensem Diocæsis Culmensis, Gedanensem Diocæsis

Revenfentur fundatio, cœteris, & edificatio, & aggregatio d. Cœnobii memoratæ Provinciæ.

Uladis-

Uladislaviensis, & Civitatis Novæ, & Elbingensem Germanicæ Diocesis Vormiensis sub gubernio tunc etiam existentis Ministri Provincialis Provinciæ Saxonie fundati fuerant. Verum subinde iidem tres Conventus una cum reliquis ejusdem Provinciæ Saxonie Conventibus ab Hæreticis destructi fuerant, dictaque Provincia Saxonie solo titulo Ordini prædicto remanserat. Porro sub Pontificatu piæ mem. Clementis PP. VIII. Prædecessoris pariter nostri cum dictos Conventus Civitatis Novæ seu Elbingi Germanicæ, & Thorunensem recuperandi, & readificandi spes aliqua effulsiſſet, idem Clemens Prædecessor per quosdam suas in simili forma Brevis literas die 12. Julii 1603. emanatas hos duos Conventus Provinciæ Poloniæ Ordinis prædicti aggregaverat, & suppoſuerat; verum nihil quidem tunc temporis effectum fuerat, sed subinde spes prædicta revixerat sub Pontificatu piæ mem. Urbani VIII. etiam Prædecessoris nostri, cui cum expositum fuisset dictam Provinciam Poloniæ pro majori gubernii commoditate in duas nempe Poloniæ Majoris, & Poloniæ Minoris Provincias divisam fuisse ipse Urbanus Prædecessor quosdam suas itidem in forma Brevis die 2. Novembris 1642. expeditas literas eisdem duos Conventus dictæ Provinciæ Poloniæ Majoris aggregaverat, Deoque favente de manibus hæreticorum recuperatus fuerat dictus Conventus Civitatis Novæ, seu Elbingi Germanicæ, qui gubernio primodicti Ministri Provincialis exponentis tunc subjacebat, & jam sperabatur Conventum quoque Thorunensem prædictum pariter recuperaturum fuisse cura, & studio bon. mem. tunc etiam existentis Episcopi Culmen, qui pro recuperandis ex hæreticorum manibus sue Diocesis locis intrepide laborabat. Et in eadem expositione subjuncto, ut dicti Conventus Thorunenſis recuperatio ad favorem supradictæ Provinciæ Poloniæ Majoris cum majori quiete, & securitate fieret, primodictus, Minister Provincialis exponens gratias a memoratis Pontificibus Prædecessoribus Nostriſ ad favorem dicti Ordinis concessas, ut præfertur ita scilicet, ut idem Conventus Thorunenſis uti a Fratribus Minoribus de Observantia Ordinis præfati in vim supradictarum Pauli Prædecessoris litterarum fundatus penes eundem Ordinem & dictæ Provinciæ Majoris Poloniæ juxta præfatas Urbani Prædecessoris literas aggregatus remaneret, ab eodem Innocentio Prædecessore confirmari plurimum desiderabat, dictus Innocentius Prædecessor memorato prædicto Ministro Provinciali petitam confirmationem sub certis modo, & forma tunc expressis concessit, & alias prout in dicti Innocentii Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 12. Maji 1685. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Ab Innoc. XI. confirmata fuit aggregatio prædicti Conventus.

§. 1. Cum autem sicut dilectus filius modernus minister Provincialis dictæ Provinciæ Poloniæ Majoris Nobis nuper exponi fecit, firmiora sint ea, quibus Sedis Apostolicæ auctoritas iterato accedit: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum modernum Ministrum Provincialeſ specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcopo-

rum, & Regularium, qui relationem dilecti pariter Filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis super præmissis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, consilio, prædictas Innocentii Prædecessoris literas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ dictus Innocentius Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obſtare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XII. Julii MDCCXXIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confirmatio Constitutionis Innocent. XI.

Clausula.

Conceditur Carmelitis Provinciæ Portugaliæ Magistris facultas suscipiendi Lauream Doctoratus in Conimbricensi Collegio.

XXXV.

Ab Urb. VIII. Const. ed. 1624. Aug. 26. concessa fuit facultas suscipiendi d. Lauream in Collegio Salmanticensi. Clem. XI. Const. ed. 1720. Jan. 13. P. 20. abolita fuit alternativa. Et hujus Pontificis Const. ed. 1723. Dec. 23. P. 3. conceditur eadem facultas Provinciæ Bahiæ.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dat. 14. Julii 1723. An. 3.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior Provincialis & Diffinitorium, aliique fratres Provinciæ Portugaliæ Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, quod alias se. rec. Urbanus PP. VIII. Prædecessor Noster per quosdam suas in simili forma Brevis literas die 26. Augusti 1624. expeditas indulſit, atque concessit quon. Theodoro Statio tunc temporis Priori Generali dicti Ordinis, ac Provinciarum Hispaniæ, & Lusitanie Professoribus Ordinis hujusmodi, ut iidem, qui absolutis per cursum Lecturis, vel exercitiis litterarum juxta regularia Ordinis prædicti instituta requisitis, ac servatis alias servandis per eundem Priorem Generalem in eadem sacra Theologia Magistrum juxta ejus facultates instituti, & creati fuissent, Lauream Doctoratus in Collegio S. Teresie Salmanticensi. memorati Ordinis ad formam in prædictis literis præscriptam suscipere possent, nec pro ea suscipienda aliquam approbatam studii Generalis Universitatem adire tenerentur, & hoc ideo concessum fuit, ne prædictus Ordo, seu Religio inter Mendicantes pauperissima, detrimentum pateretur intolerabilem expensarum, quæ pro obtinenda hujusmodi Doctoratus Laurea in publica Universitate eroganda forent, & alias prout in prædictis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

Ab Urb. VIII. concessa fuit Provinciis Hispaniæ, & Lusitanie facultas suscipiendi d. Lauream in Collegio Salmanticensi.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat præfatum indultum eo tempore, quo

Preces Diffinitorii &

1723.  
Causa petitionis.

Rex Hispaniarum, etiam Lusitaniam possidebat Religiosis utriusque Nationis æque profuerit, separatisque Dominiis respectu Lusitanorum, quibus dictum Collegium Salmanticense adire non amplius permittum fuit, sine ullo effectu, & utilitate remanserit, & adhuc de presenti remaneat, propter diversum rerum, & dominiorum, quod viget sistema, eaque de causa dicta Provincia commodum, atque utile suos Religiosos pro suscipienda ibi Laurea Doctoratus hujusmodi transmittere minime existimet, ac proinde, ne ipsa, eisque professores commoditate ejusmodi Lauream suscipiendi sine ea magna, ac intolerabili expensa, quæ in aliqua approbata Univeritate requiritur, priventur, opportune a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti Filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis eisdem Cardinalibus factam, attenderunt consilio, ut omnes, & singuli Professores Provinciae, & Ordinis prædictorum, quos modernus, & pro tempore existens Prior Generalis ejusdem Ordinis in Theologia Magistris servatis servandis instituerit, & creaverit Lauream Doctoratus prævio riguroso examine coram Priore Provinciali dictæ Provinciae Portugaliæ, & quatuor in sacra Theologia Magistris, sive coram Rectore Collegii Conimbricæ. Ordinis prædicti, & illius Regentibus, ac Magistris, illorumque approbatione, servatis cæteroque conditionibus per statuta, seu Constitutiones Ordinis prædicti præscriptis ab ipsomet Priore Provinciali, sive prædicti Collegii Rectore suscipere libere, & licite possint, & valeant auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Concessio prædictæ facultatis.

Clausula.

§. 2. Decernentes præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus prædictis Urbani Prædecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscat. die XIV. Julii MDCCXXIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Conceditur Eremitis S. Augustini Provinciae Chilen. augmentum sex Magistrorum pro Verbi Dei prædicatoribus.

XXXVI.

Const. ed. 1722. Apr. 24. P. 1. autus fuit numerus graduum in Provincia Machoacan. Et Ben. XIII. Const. ed. 1725. Maji 6. P. 2. conceditur facultas creandi 50. Magistros in Provinciis Italiae.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dat. 7. Augusti 1723. An. 3.

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilecti filii Fratres Provinciae Chilen. in America Meridionali Ordinis Eremitarum S. Augustini Nobis nuper exponi fecerunt in dicta Provincia detem Conventus, & trecenti Religiosi, ac duodecim in Sacra Theologia pro Lectoribus Magisteria numerantur, ipsi Exponentes unum Religiosum Provinciae hujusmodi ad hanc Almam Urbem nostram miserunt, qui prævio Capituli Generalis ejusdem Ordinis Mense Junio 1721. in dicta Urbe celebrati consensu ab infrascripta Congregatione Cardinalium augmentum Magistrorum in eadem Sacra Theologia, etiam pro Verbi Dei Prædicatoribus, qui in prædicta Provincia decem continuo existunt laborumque suorum cursum peregerunt, obtineret, ideoque illis, ne præmio destituti remaneant opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desiderent, quemadmodum tribus aliis Peruanae, Mexicanæ, & Mechoacan. respective Provinciis ab hac Sancta Sede concessum fuisse memoratur.

Preces Provinciae, & causæ petitionis.

§. 1. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectorum pariter filiorum Modernorum Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Ordinis hujusmodi relationes super præmissis eisdem Cardinalibus factas, viderunt consilio, ut in prædicta Provincia Chilen. sex Magisteria pro memoratis Verbi Dei Prædicatoribus ad formam Constitutionum prædicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatarum ultra duodecim pro Lectoribus statuta, constituantur, & augeantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Concessio prædictæ Magisteriorum præter 12. pro Lectoribus.

§. 2. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandoocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Consti-

tutionibus,

tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ Chilen, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VII. Augusti MDCCXXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

XXXVII.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiæ Ordinis S. Brigittæ in ejus Festo die.

Clem. XI. Const. ed. 1714., Sep. 22., P. 14. extat alia Indulgentia.

Dat. 13. Aug. 1723. An. 3.

INNOGENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procerium.

Injunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munerum Thesauros dispensationi nostræ a Domino creditos feliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum in cælis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & fovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

Preces Procuratoris Gener.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Procuratoris Generalis Ordinis S. Brigittæ nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ac de Omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Conventuum dicti Ordinis tam hætenus erectis, quam in posterum quandocumque erigen., ac ubicumque locorum existentibus Die festo ejusdem Sanctæ Brigittæ prædicti Ordinis fundatricis a primis vespers usque ad occasum solis diei hujusmodi annis singulis devote viderint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Clausulæ.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Augusti MDCCXXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Moderatur pro Eremitis S. Augustini Discalceatis Constitutio Clem. XI. de voto Fratrum Consanguineorum in primo, vel secundo gradu in Capitulis.

Laudata Clem. XI. Constitutio edita fuit 1702. Novemb. 24. P. 2. Bened. XIII. Const. ed. 1727. Feb. 27. P. 2. extenditur alternativa in Congregatione SS. Conceptionis B. M.

INNOGENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte dilecti filii Clementis a S. Bernardino tunc temporis Conventus Jesu, & Mariæ de Urbe Congregationis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum se, re. Clementi PP. XI. Prædecessori nostro exposito, quod dudum nempe die 16. Februarii 1596. quoddam decretum a q. Andrea Fivizano, dum viveret Priore Generali dicti Ordinis inter alia emanaverat & subinde die 28. ejusdem mensis a re. me. Clemente PP. VIII. Prædecessore pariter nostro per quædam suas in simili forma Brevis literas, quarum initium est; *Universalis Ecclesiæ &c.* confirmatum fuerat, quo prohibebatur expresse, ne duo Fratres Ordinis prædicti in primo, vel secundo gradu consanguinei, vel affines in ejusdem Capitulis, aut Congregationibus Capitularibus ulatenus simul convenirent, & votare possent, & in eadem expositione subjuncto, quod sæpius dubitatum fuisset, an dictum Decretum Congregationem præfatam, quæ tunc initium sumpserrat, & postmodum a similis me. Urbano VIII. & Clemente X. Romanis Pontificibus Prædecessoribus itidem nostris membrum dicti Ordinis declarata fuerat, ac in Italia, & Germania propugnata reperiebatur, sub prohibitionis hujusmodi generalitate complecteretur, nec istius dubii resolutio ab hac S. Sede eatenus petita fuisset, licet illa sive pro liberandis ab anxietate Religiosorum conscientis, sive pro tollendis abusibus facile irrepentibus necessaria foret; Eadem vero causæ propter quas prohibitio præfata in d. Ordine edita fuerat, concurrere viderentur, ut illa ad dictam Congregationem extendere rentur. Idem Clemens Prædecessor supplicationibus supradicti Clementis a Sancto Bernardino sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus memoratam Congregationem sub prohibitione præfata in futurum comprehendi debere auctoritate Apostolica declaravit, & alias, prout in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper in pari forma Brevis die 24. Novembris 1702. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem sicut dilectus filius Guglielmus a Sancto Nicolao Procurator Generalis ejusdem Congregationis Nobis nuper exponi fecit, antequam ejusmodi declaratio emanaret, mos in dicta Congregatione ab ipsius origine invaluisse, ac supra centum annos inconcussè servatus fuisset, ut fratres Consanguinei, seu Affines in primo, vel secundo gradu præfato in illius Capitulis, seu Congregationibus Capitularibus absque ulla dubitatione simul convenirent, & ad votum ferendum admitterentur, neque rationes, ob quas id veritum fuerat in Ordine prædicto, in quo ejus fratres firmas, & stabiles filiationes, sive Conventualitates habent locum sibi vindicent in Congregatione præfata, ubi ejusmodi adfiliationum, sive Conventualitatum usus minime viger, sed Religiosi in Conventibus sibi per Superiores suos Regulares pro tempore af-

XXXVIII.

Dat. 20. Sept. 1723. An. 3.

Epitome Constitutio nis Clem. XI. qua declaratum fuit, Discalceatos comprehendendi in Decreto de voto consanguineorum edito a Priore Gen., & confirmato a Clem. VIII.

Preces Prioris Generalis pro moderatione declarationis Clem. XI. tanquam subreptitio impetratæ.

signandis

Causæ ad impellendum Pontificem.

signandis degere tenentur, ac proinde præsentium fuerit enarratam declarationem per dictum Clementem a Sancto Bernardino privato suo nomine absque ulla prævia cum Definitorio Generali Congregationis præfate communicatione contra formam illius Constitutionum auctoritate Apostolica confirmatarum nulliter, & subreptitè impetratum fuisse; Ex illius vero observantia plura incommoda, ac perturbationes in eadem Congregatione enata fuerint, dum Fratres ante dictam declarationem professi in memorato gradu consanguinei, seu affines, vel voto in Capitulis, seu Congregationibus Capitularibus, vel Consanguineorum & Affinium suorum in eisdem Conventibus contubernio contra consuetudinem, quæ tempore suæ professionis servabatur, privari moleste ferebant, & multoties contingit adolescentes bonæ indolis, & spei, qui eandem Congregationem propter Consanguineos, & Affines huiusmodi in ea existentes ingrediendi desiderio tenebantur, ne voto, seu contubernio prædictis privati remaneret, illam minime ingressi fuerint in grave ejusdem Congregationis, quæ Religiosorum penuria laborat, detrimentum, adeo ut plures, imo prope omnes dictæ Congregationis Provinciæ adversus eandem declarationem reclamaverint. Quibus in novissimo Capitulo generali ejusdem Congregationis anno proxime præterito in prædicto Conventu Jesu, & Mariæ de Urbe celebrato, cui dilectus filius noster Josephus Renatus S. R. E. Cardinalis Imperialis nuncupatus Ordinis eorundem fratrum Eremitarum Sancti Augustini apud Nos, & Sedem prædictam Protector nostro, & ejusdem Sedis nomine præfedit, mature consideratis vigore Decreti ab eodem Capitulo generali communibus suffragiis editi, Procuratori Generali ejusdem Congregationis inibi eligendo injunctum fuit, ut pro aliqua moderatione dictarum Clementis Prædecessoris literarum apud Nos instaret. Quare dictus Guglielmus Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eundem Guglielmum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & penis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dimittat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, & attentæ relatione per ipsum Josephum Renatum Cardinalem, & Protectorem Nobis super istis præmissis facta, præfatas Clementis Prædecessoris literas auctoritate Apostolica tenore præsentium ita moderamus, ut deinceps duo fratres dictæ Congregationis in primo, vel secundo gradu sanguine, seu affinitate conjuncti in Capitulis, seu Congregationibus Capitularibus ejusdem Congregationis, in quibus vocales non sint numero pauciores, quam duodecim, tres autem fratres sic conjuncti in illis Capitulis, & Congregationibus, in quibus octodecim vocales reperiantur, ipsi Consanguineis, vel Affinibus utroque casu comprehensis simul convenire, ac votum habere libere, licite, & valide possint, & valeant.

Moderatio præf. qua conceditur votum consanguineis Fratribus in quibusdam Capitulis.

Clausula.

§. 3. Decernentes eandem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere; ac ir-

ritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinibus, & Congregationibus huiusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inferis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam M. jorem sub Annulo Piscar. die XX. Septemb. MDCCLXXIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Conceditur Indulgentia plen. perpet. pro Ecclesiis Monachorum d. S. Hieronymi Congregationis Lombardiæ die festo S. Paulæ. XXXIX.

A Clem. XI. Const. ed. 1701., Feb. 1., P. 1. concessum fuit Officium hujus Sanctæ pro toto Ordine.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctione Nobis Divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut caelestium munerum Thesauros dispensationi Nostræ a Domino creditos fideliter erogemus cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Cælis cum Christo regnantium venerationem excitandamque, & fovendam erga illa fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Monachorum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Lombardiæ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, ac de Omnipotentis Dei Misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis vere penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quoracumque Monasteriorum dictæ Congregationis tam hætenus erectis, quam in posterum quodcumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus die festo Sanctæ Paulæ Viduæ Romanæ a primis Vesperis, usque ad occasum solis diei huiusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione piis ad Deum precibus effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domine concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Dat. 13. Oct. 1723. An. 3.

Exordium.

Preces Procuratoris General.

Concessio præd.

Clausula.

Datum

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
annulo Piscatoris die XIII. Octobris MDCCXXIII.  
Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XL.

Conceditur Carmelitis Provinciæ Bahiæ in Bra-  
silia Magistris facultas suscipiendi Lauream Do-  
ctoratus a Provinciali.

*Eadem facultas concessa fuit Provinciæ Portugalliæ  
Const. ed. 1723. Jul. 14. Pont. 3. Et Constitu-  
tione sequenti conceditur Provinciæ Fluminis Ja-  
nuarii.*

Dat. 23. Dec.  
1723. ann. 3.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ab Urb. VIII.  
concessa fuit  
Provinciis  
Hispaniæ, &  
Portugalliæ  
facultas sus-  
cipiendi Lau-  
ream in Col-  
legio Salmanti-  
cæ.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior  
Provincialis, ac Diffinitorium, alique Fra-  
tres Provinciæ Bahiæ in Brasilia Ordinis Beate  
Mariæ de Monte Carmelo, quod alias fel. rec.  
Urbanus Papa VIII. Prædecessor Noster per quas-  
dam suas in simili forma Brevis literas die 26.  
Augusti 1624. expeditas indulxit, atque concessit  
quon. Theodoro Statio tunc temporis Priori  
Generali dicti Ordinis, ac Provincialium Hispani-  
æ, & Lusitanæ Professoribus Ordinis hujus-  
modi, ut iidem qui absolutis per cursum lectu-  
ris, vel exercitiis literarum juxta Regularia Or-  
dinis prædicti instituta requisitis, ac servatis alias  
servandis per eundem Priorem Generalem in  
sacra Theologia Magistris juxta ejus facultates in-  
stitutis, & creati fuissent Lauream Doctoratus in  
Collegio S. Teresæ Salmanticensis. memorati Or-  
dinis, ad formam in prædictis literis præscriptam  
suscipere possent, ne pro ea suscipienda aliquam  
approbatam studii Generalis Universitatem adire  
tenerentur, & hoc ideo concessum fuit, ne præ-  
dictus Ordo, seu Religio inter Mendicantes pau-  
perissima detrimentum pateretur intolerabilium ex-  
pensarum, quæ pro obtinenda hujusmodi Docto-  
ratus Laurea in publica Universitate erogandæ forent,  
& alias prout in prædictis Urbani Prædecesso-  
ris literis, quorum tenorem præsentibus pro-  
lene, & sufficienter expresso, ac ad verbum in-  
serto haberi volumus uberius continetur.

Preces Pro-  
vinciæ, &  
causæ peti-  
tionis.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjun-  
gebat prædictum indultum eo tempore, quo Rex  
Hispaniarum Catholicus, etiam Lusitaniam posside-  
bat, Religiosis utriusque Nationis æque profue-  
rit, separatimque Dominis respectu Lusitanorum,  
quibus dictum Collegium Salmanticensis adire non  
amplius permillum fuit, sine ullo effectu, & uti-  
litate remanserit, & adhuc de præsentis remaneat,  
propter diversum rerum, & Dominiorum quod  
viger sistema, eaque de causa dicta Provincia com-  
modum, atque utile suos Religiosos pro susci-  
pienda ibi Laurea Doctoratus hujusmodi transmi-  
tere minime existimet, & proinde ne ipsa, ejus-  
que Professores commoditate ejusmodi lauream  
suscipiendi sine ea magna, ac intolerabili expensa,  
quæ in aliqua approbata Universitate requiritur,  
priventur, opportune a Nobis provideri, & ut  
infra indulgeri plurimum desideret, quemadmodum  
a Nobis Provinciæ ac Diffinitorio, aliisque  
Fratribus Provinciæ Portugalliæ ejusdem Ordinis  
per quasdam Nostros literas pariter in simili  
forma Brevis die 14. Julii proxime præteriti expedi-  
tas concessum fuit.

§. 2. Nos ipsos exponentes specialibus favo-  
ribus, & gratis prosequi volentes, & eorum sin-  
gulares personas a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis  
sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab ho-  
mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodata existunt ad effectum præ-  
sentium dumtaxat consequendum horum serie ab-

solventes, & absolutas fore censentes, supplica-  
tionibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter  
porrectis inclinatis, de Venerabilium fratrum  
Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, &  
consultationibus Episcoporum, & Regularium  
præpositorum, qui relationem dilecti filii moder-  
ni Procuratoris Generalis super præmissis eisdem  
Cardinalibus factam attenderunt, consilio, ut om-  
nes, & singuli professores Provinciæ, & Ordinis  
prædictorum, quos modernus, & pro tempore  
existens Prior Generalis ejusdem Ordinis in sa-  
cra Theologia Magistros servatis servandis infi-  
tuerit, & creaverit Lauream Doctoratus prævio  
rigoroso examine coram Priore Provinciali d.  
Provinciæ Bahiæ, & quatuor in eadem sacra  
Theologia Magistris, seu Regentibus, illorumque  
approbatione servatis cæteroque conditionibus  
per statuta, seu Constitutiones Ordinis prædicti  
præscriptis ab ipsomet Priore Provinciali susci-  
pere libere, & licite possint, & valeant, aucto-  
ritate Apostolica tenore præsentium concedimus  
pariter, & indulgemus: salva tamen semper in  
præmissis auctoritate Congregationis eorundem  
Cardinalium.

Concessio  
præd. facultatis.

§. 3. Decernentes præsentis literas firmas,  
validas, & efficaces existere, & fore, suoque plas-  
narios, & integros effectus fortiri, & obtinere,  
ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit  
plenissime suffragari, & ab eis respective invio-  
labiliter observari: Sicque in præmissis per quos-  
cumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam  
Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari,  
& definiti debere; ac irritum, & inane, si fecus  
super his a quoquam quavis auctoritate scien-  
ter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ.

§. 4. Non obstantibus prædictis Urbani Præ-  
decessoris literis, aliisque Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus  
opus sit Provinciæ, & Ordinis, prædictorum,  
etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut  
quavis firmitate alia roboratis statutis, & consue-  
tudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis  
Apostolicis in contrarium præmissorum quomo-  
dolibet concessis, confirmatis, & innovatis: qui-  
bus omnibus, & singulis, illorum tenores præsen-  
tibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad  
verbum insertis habentes, illis alias in suo robore  
permansuris, ad præmissorum effectum hac vice  
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæ-  
terisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
annulo Piscatoris die XXIII. Decemb. MDCCXXIII.  
Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Conceditur Carmelitis Provinciæ Fluminis Ja-  
nuarii in Brasilia Magistris facultas suscipiendi  
Lauream Doctoratus a Provinciali.

XLI.

*Eadem facultas concessa fuit Provinciæ Bahiæ Con-  
stitutione præcedenti. Et Bened. XIII. Const. ed.  
1725. Aug. 30. Pont. 2. conceditur Provinciæ  
Aragonie.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 23. Dec.  
1723. ann. 3.

EXponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Pro-  
vincialis, ac Diffinitorium, alique Fratres  
Provinciæ Fluminis Januarii in Brasilia Ordinis  
B. Mariæ de Monte Carmelo, quod alias fe. re.  
Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster per quas-  
dam suas desuper in simili forma Brevis die 26.  
Augusti 1624. expeditas literas indulxit, atque  
concessit quondam Theodoro Statio, tunc exi-  
stenti Priori Generali, ac Provincialium Hispani-  
æ, & Lusitanæ professoribus dicti Ordinis,

Provinciis  
Portugalliæ,  
& Hispaniæ  
concessa fuit  
ab Urb. VIII.  
facultas susci-  
piendi Lau-  
ream in Col-  
legio Salmanti-  
cæ.

ut iidem,

ur iidem, qui absolutis per cursum lecturis, vel exercitiis literarum juxta regularia Ordinis prædicti instituta requisitis, ac servatis alias servandis per eundem Priorem Generalem in Sacra Theologia Magistri juxta ejus facultates instituti, & creati fuissent, Lauream Doctoratus in Collegio Salmanticensi. memorati Ordinis ad formam in prædictis literis præscriptam suscipere possent, nec pro ea suscipienda aliquam approbatam studii Generalis Universitatem adire tenerentur, & hoc ideo concessum fuit, ne prædictus ordo, seu Religio inter Mendicantes pauperima, detrimentum pateretur intolerabilem expensarum, quæ pro obtinenda hujusmodi Doctoratus Laurea in publica Universitate eroganda forent, & alias, prout in prædictis Urbani Prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

Preces Provincie, & Causæ petitionis.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prædictum indultum eo tempore, quo Rex Hispaniarum Catholicus, etiam Lusitaniam possidebat, Religiosis utriusque Nationis æque profuerit, separatimque Dominis respectu Lusitanorum, quibus dictum Collegium Salmanticensi. adire amplius non permittitur, sine ullo effectu, & utilitate remanserit, & adhuc de præsentibus remaneat, propter diversum rerum, & Dominantium, quod viget sistema, eaque de causa dicta Provincia commodum, atque utile suos Religiosos pro suscipienda ibi Laurea Doctoratus hujusmodi transmittere minime existimet, ac proinde ne ipsa, ejusque Professores commoditate ejusmodi Lauream suscipiendi sine ea magna, ac intolerabili expensa, quæ in aliqua approbata universitate requiritur, privetur, oportune a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desideret, quemadmodum a Nobis Provincie, ac Definitorio, aliisque Fratibus Provincie Portugallie ejusdem ordinis per quoddam nostras literas pariter in simili forma Brevis 14. Julii proxime præteriti expeditas concessum fuit.

§. 2. Nos ipsos exponentes, specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti pariter filii Moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis super præmissis eidem Cardinalibus factam attenderunt, consilio, ut omnes, & singuli Professores primordie Provincie Fluminis Januarii, quos Modernus, & pro tempore existens Prior Generalis ejusdem Ordinis in eadem Sacra Theologia Magistros servatis servandis, instituerit, & creaverit, lauream doctoratus, prævio riguroso examine coram Priore Provinciali prædictæ Provincie Fluminis Januarii, & quatuor in eadem Sacra Theologia Magistris, sive Regentibus, illorumque approbatione, servatis ceteroquin conditionibus per statuta, seu Constitutiones Ordinis prædicti præscriptis ab ipsomet Provinciali suscipere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus pariter, & indulgemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Concessio præd. facultatis.

Clausula.

§. 3. Decernentes præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque

plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus prædictis Urbani Prædecessoris literis aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provincie, & Ordinis prædictorum etiam juramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Decembris MDCCXXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Confirmatur, & innovatur Constitutio Clementis VIII. prohibens Judæis novarum rerum mercaturam.

XLII.

*Laudata Constitutio edita fuit 1592. Feb. 28. P. 1. quæ hic refertur cum Constitutionibus super eadem re Pauli IV. ed. 1556. Jul. 14. P. 1. Et Pii V. ed. 1566. Apr. 18. P. 1. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728. Mart. 26. P. 5. confirmatur præfens Constitutio.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dat. 14. Jan. 1724. Ann. 7.

*Ad futuram rei memoriam.*

EX injuncto Nobis calitis Apostolicæ servitutis munere, illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri ad gentis Judæorum Christiano nomini jugiter infensam perfidiam, & cupiditatem coercendam provido consilio emanasse noscuntur, ut solidiori robore perennent, Apostolice muniminis Nostri præsidio libenter constabilimus, ac alias desuper opportune providemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Dudum siquidem per sel. rec. Clementem PP. VIII. Prædecessorem Nostri accepto, quod Judæi quarumdam super confirmatione Constitutionis piæ mem. Pauli Papæ IV. similiter Prædecessoris Nostri, per quam inter cetera sanciebatur, ut iidem Judæi in Urbe, & reliquis S. R. E. Civitatibus, Terris, & Locis degentes sola arte Strazzarie, seu Cenciariæ, ut vulgo dicitur, contenti, aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessariam facere nequirent, a san. mem. Pio Papa V. Prædecessore Nostro editarum literarum observantiam aliquantulum relaxare præsertim in locis ab eadem Urbe remotis, & nominatim in Civitate Avenionensi, & Comitatu Nostri tunc suis Venayssini in desuetudinem trahere dignoscabantur, idem Clemens Prædecessor literas, & Constitutionem prædictas, ut par erat, inviolate observari volens, illas auctoritate Apostolica confirmavit, ac omnibus, & singulis, quos literæ, & Constitutio hujusmodi concernebant, sub penis in eis contentis injunxit, ut illas, & in eis disposita

Epitome Constitutionis Clementis VIII. in qua confirmantur Constitutiones Pauli IV. & Pii V. super eadem re.

obser-

observarent, & observari curarent; Ac nihilominus suis, & Apostolica Sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Officialibus, & Ministris, signanter in Civitate Avenionen. & Comitatu Venayfino prædictis pro tempore existentibus, districtè præcipiendo, mandavit, ut literas, & Constitutionem præfatas in Civitatibus, Terris, & Locis quibuscumque, præsertim dicti Comitatus, & Legationis Avenionen. omnino observari facerent, & inter alia Judæi ibidem degentibus, ne merces rerum novarum, sed tantummodo ipsas res veteres vendere aut mercari præsumerent, expresse prohiberent, in contravenientes penas in literis, & Constitutione hujusmodi comminatas irremissibiliter exequendo, & alias prout uberius continetur in ipsius Clementis Prædecessoris literis in simili forma Brevis cum eorundem Pii, & Pauli Prædecessorum literarum, & Constitutionis prædictarum insertione desuper expeditis tenoris, qui sequitur, videlicet.

Clem. VIII.  
Constitutionis  
initium.

*S. 2. Clemens VIII. Ad perpetuam rei memoriam.* Cum sæpe accidere possit, ut vel temporum injuria, vel hominum negligentia, aut alias ea, quæ a Romanis Pontificibus provide faciuntur, paulatim in desuetudinem abeant, ideo expedit quandoque eorum memoriam adhibito confirmationis, & innovationis remedio per eosdem Romanos Pontifices renovari, ut illa perpetuo firmiora persistant. Dudum siquidem a fel. rec. Pio PP. V. Prædecessore Nostro emanarunt literæ Confirmatoriæ Constitutionis piæ mem. Pauli PP. IV. similiter Prædecessoris Nostri contra Judæos editæ tenoris subsequens, videlicet.

Pii V. Con-  
stitutionis  
initium.

*S. 3. Pius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Romanus Pontifex Christi Vicarius in Terris nonnunquam ea, quæ pro zelo religionis a cæteris Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis concessa dicuntur, ut illibata persistant approbat, & confirmat, prout in Domino conficit salubriter expedire. Dudum fel. rec. Paulus PP. IV. Prædecessor Noster zelo fidei Christianæ motus certum modum vivendi, & habitandi Judæis præscripsit, prout in quadam ejus Constitutione, cujus tenor sequitur, & est talis, videlicet.

Pauli V. Con-  
stitutionis  
initium.

*S. 4. Paulus Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Cum nimis absurdum, & inconveniens existat, ut Judæi, quos propria culpa perpetuæ servitutis submisit, sub prætextu, quod pietas Christiana illos recepat, & eorum cohabitationem sustineat, Christianis adeo sint ingrati, ut eis pro gratia contumeliam reddant, & in eos pro servitute, quam illis debent, dominatum vindicare procurent, Nos ad quorum notitiam nuper pervenit eosdem Judæos in alma Urbe nostra, & nonnullis S. R. E. Civitatibus, Terris, & Locis in id insolentia prorupisse, ut non solum mixtim cum Christianis, & prope eorum Ecclesias nulla intercedente habitus distinctione cohabitare, verum etiam Domos in melioribus Civitatum, Terrarum, & Locorum, in quibus degunt vicis, & plateis conducere, & bona stabilia comparare, & possidere, ac nutrices, ancillas, aliosque servientes Christianos mercenarios habere, & diversa alia in ignominiam, & contemptum Christiani nominis perpetrare præsumant, considerantes Ecclesiam Romanam eosdem Judæos tolerare in testimonium veræ fidei Christianæ, & ad hoc, ut ipsi Sedis Apostolicæ pietate, & benignitate allecti, errores suos tandem recognoscant, & ad verum Catholicæ fidei lumen pervenire satagant, & propterea convenire, ut quamdiu in eorum erroribus persistant effectu operis recognoscant se servos, Christianos vero liberos per Jesum Christum Deum, & Dominum Nostrum effectos fuisse, iniquumque existere, ut filii liberæ filii famulentur ancillæ, volentes in præmissis quan-

tum cum Deo possumus, salubriter providere: hac nostra perpetua valitura Constitutione sancimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus tam in dicta Urbe, quam in quibusvis aliis ipsius Romanæ Ecclesiæ Civitatibus, Terris, & Locis Judæi omnes in uno, & eodem, ac si ille capax non fuerint, in duobus vel tribus, aut tot, quot satis sint contiguus, & ab habitationibus Christianorum penitus sejunctis per Nos in Urbe, & per Magistratus Nostros in aliis Civitatibus, Terris, & Locis prædictis designandis vicis, ad quos unicus tantum ingressus pateat, & quibus solum unius exitus detur, omnino habitent, & in singulis Civitatibus, Terris, & Locis, in quibus habitaverint unicum tantum Synagogam in loco solito habeant, nec aliam de novo construere, aut bona immobilia possidere possint, quinimo omnes eorum Synagogas præter unam tantum demolire, & devastare, ac bona immobilia, quæ ad præfens possident infra tempus eis per ipsos Magistratus præfigendum Christianis vendere. Et adhuc ut pro Judæis ubique dignoscantur masculi Birretum, Fæminæ vero aliud signum patens, itaut nullo modo celari, aut abscondi possit glauci coloris palam deferre teneantur, & adstricti sint, nec super non delatione birreti, aut alterius signi hujusmodi prætextu cujusvis eorum gradus, vel præminentia excusari, aut per ejusdem Ecclesiæ Camerarium, vel Cameræ Apostolicæ Clericos, seu alios illi præsidentes personas, aut Sedis Apostolicæ Legatos, vel eorum vice-Legatos quovis modo dispensari, aut absolvi possint: Nutrices quoque, seu Ancillas, aut alias utriusque sexus servientes Christianos habere, vel eorum Infantes per Mulieres Christianas lactari, aut nutriri facere, seu Dominicis, vel aliis de præcepto Ecclesiæ festis diebus in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquo modo gravare, aut contractus fictos, vel simulatos celebrare, seu cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, seu conversationem habere nullatenus præsumant, nec in libris rationum, & computorum, quæ cum Christianis pro tempore habent aliis quam latinis literis, & alio quam vulgari italico sermone uti possint, & si utantur libri hujusmodi contra Christianos nullam fidem faciant, Judæi quoque præfati sola arte *Strassarie*, seu *Cenciariae*, ut vulgo dicitur contenti aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessarium facere, & qui ex eis medici fuerint etiam vocati, & rogati ad curam Christianorum accedere, aut illi interesse nequeant, nec se a pauperibus Christianis Dominos vocari patiantur. Et menses in eorum rationibus & computis ex triginta diebus completis omnino conficiant: & dies qui ad numerum triginta non ascendunt, non pro mensibus integris, sed solum pro tot diebus in effectu fuerint, computeantur, & juxta ipsorum dierum numerum, & non ad rationem integri mensis eorum credita exigant, ac pignora eis pro conventionione pecuniarum suarum pro tempore consignata, nisi transactis prius a die, quo illa eis data fuerunt decem, & octo integris mensibus vendere nequeant, & postquam menses prædicti effluerint, si ipsi Judæi pignore hujusmodi vendiderint omnem pecuniam, quæ eorum credito super fuerint Domino Pignorum consignare, & statuta Civitatum, Terrarum, & Locorum, in quibus pro tempore habitaverint, favorem Christianorum concernentia inviolabiliter observare etiam teneantur. Et si circa præmissa, in aliquo quomodolibet defecerint juxta qualitatem delicti in Urbe per Nos, seu Vicarium Nostrum, aut alios a Nobis deputandos in Civitatibus, Terris, & Locis prædictis per eosdem Magistratus etiam tanquam Rebelles, & criminis læsæ majestatis

A Paulo IV. Romæ, & aliis S. R. E. locis assignantur Judæis Vici ab habitationibus Christianorum sejuncti: unica conceditur Synagoga: prohibentur bona immobilia: signum patens imponitur: interdicitur conversatio cum Christianis: item alia lingua a latina, vel italice in negotiationibus: necnon computus alius a Romano: & sola ars *Cenciaria* permittitur, omnia vero præcipiuntur sub crimine læsæ Majestatis.

rei, ac toto Populo Christiano diffidati nostro, ac ipsorum Vicarii, ac Deputandorum, & Magistratum arbitrio puniri possint. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis tolerantis, seu privilegiis, & Indultis Apostolicis eidem Judæis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Sedem prædictam, aut illius Legatos, vel ipsius Romanæ Ecclesiæ Camerarios, & Cameræ Apostolicæ Clericos, seu alios illi præfidentes sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, ac ex certa scientia ac de Apostolica potestatis plenitudine concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferri forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Prædie Idus Julii Pontificatus Nostri Anno Primo.

A Pio V. re-  
lata Pauli IV.  
Constitutio  
motu proprio  
confirmatur,  
deklaratur,  
quoad sig-  
num deferen-  
dum, & ex-  
tenditur ad  
quoscumque  
Judæos ubi-  
cumque ex-  
istentes.

§. 5. Nos igitur cupientes, ut Constitutio, Statuta, & Ordinationes hujusmodi perpetuis futuris temporibus observentur, Motu proprio, & ex certa scientia, & non ad alicujus alterius Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera nostra deliberatione, Constitutionem, statuta, & Ordinationes hujusmodi, & prout illa concernunt omnia, & singula in dicti Prædecessoris literis contenta, & inde sequuta quæcumque auctoritate Apostolica præsentium tenore approbamus, innovamus, & confirmamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus, ac volumus sub interminatione Divini Judicii præcipimus ea omnia imposterum observari firmiter non solum in Terris, & Dominis Nobis subjectis, & etiam ubique locorum, & ad omnes circa colorem Birreti per masculos, & signi per fœminas deferendum hujusmodi submovendam hæsitacionem declaramus dictum colorem esse, qui vulgo *giallo* dicitur. Mandantes in virtute S. Obedientiæ omnibus, & singulis Venerabilibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis quatenus in Civitatibus, & Diocesis propriis præsentibus nostras literas publicari, & observari faciant, & omnes Principes seculares, & alios Dominos, Magistratus temporales rogamus, & obsecramus, per viscera Misericordiæ Jesu Christi eidem in remissionem peccatorum nihilominus injungentes, quod in præmissis omnibus, eidem Patriarchis, & Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum favorem, & auxilium præstent, ac contra facientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Non obstantibus omnibus, quæ idem Paulus Prædecessor in supradictis literis voluit non obstare, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis per rec. mem. Pium IV. Romanum Pontificem Prædecessorem nostrum, & Sedem Apostolicam, etiam forsan consistorialiter, ac per viam generalis legis, &

statuti, ac in vim stipulati contractus ex quavis etiam urgentissima & onerosa causa, ac Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis disponderetur, & caveretur expresse, quod ad delationem birreti glauci coloris hujusmodi in itinere, ac quod non ut præmittitur in loco clauso habitare tenerentur, quod bona stabilia usque ad certam summam acquirere, ac societatem cum Christianis super rebus ad annonam spectantibus inire, ac conversationem cum eidem Christianis habere, ac pignora alias quam præscripto modo diltrahere, ac plures Synagogas retinere possent, indulserit, aut alias quomodolibet eis dictas literas Pauli Prædecessoris in favorem Hebræorum prædictorum limitaverit. Quibus omnibus etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, & alia exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur, quod nullatenus derogari possit, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac ad verbum inferentibus habentes, necnon modos, formas ad id servandas pro individuo servatis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ac literas ejusdem Pauli Prædecessoris, & omnia in eis contenta observari in omnibus, & per omnia mandamus, perinde ac si literæ Pii similiter Prædecessoris Nostri non emanassent, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentibus literæ in Cancellaria, & in acie Campi Floræ publicentur, & inter Constitutiones, & extravagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentibus ad singula quæque loca deferri, volumus, ac etiam declaramus, quod rerum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorsus fides ubicumque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, confirmationis, decreti, præcepti, mandati, requisitionis, obsecrationis, injunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto tertio decimo Kal. Maii Pontificatus Nostri Anno Primo. Cæ. Gloriosius.

§. 6. Cum autem ut liquido apparet præinfertarum literarum observationem ipsi Judæi aliquoties relaxare præsertim in locis ab Urbe remotis, & nominatim in Civitate Avenionen., & Comitatu Nostris Venayssini, & in desuetudinem trahere dignoscantur, Nos volentes literas, & Constitutiones prædictas ac omnia, & quæcumque perpetuo, ut par est inviolate observari debere, eisdem literas, & Constitutionem perpetuo confirmantes, & approbantes, nostræque Apostolicæ confirmationis perpetuæ minime roborantes, auctoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus & mandamus omnibus & singulis, quos literæ, & Constitutio prædictæ concernunt sub pœnis in eis contentis, ut ea

AClem.VIII.  
recentiæ Cõ-  
stitutiones  
Pauli IV. &  
Pii V. confir-  
mantur &  
innovantur  
quoad prohibi-  
tionem ar-  
tis rerum no-  
varum.

omnia,

omnia, & singula inviolabiliter perpetuo observent, ac observari curent, & faciant. Et nihilominus dilectis filiis nostro, Apostolica Sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Officialibus, & Ministris quibuscumque nominatim in Civitate Avenionen., & Comitatu nostris Venayssini prædictis nunc, & pro tempore existentibus districte præcipiendo mandamus, ut literas, & Constitutionem prædictas in Civitatibus, Terris, & Locis quibuscumque præsertim Comitatus prædicti, & seu legationis Avenionen. omnino observari faciant, & inter alia Judæis ibidem degentibus, ne merces rerum novarum, sed tantummodo ipsas res veteres, ut in ipsis literis disponitur vendere, aut mercari præsumant, expresse prohibeant in contravenientes pœnas in literis, & Constitutione hujusmodi comminatas irremissibiliter exequendo. Et ita in præmissis per ejsdem Civitatis & Comitatus Legatos, seu Vicelegatos, ac alios quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, quæ in ipsis literis expressum est non obtare cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVIII. Februarii MDXCII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Causæ præsentis confirmationis.

§. 7. Cum autem, sicut ex dilectorum filiorum Mercatorum Civitatis Avenionen., & Comitatus Venayssini prædictorum ad Apostolicum nostrum delatis querelis accepimus, adeo creverit Judæorum in illis partibus degentium temeritas, ut non minus in manifestum præsertarum literarum, eisque adjectarum prohibitionum, & pœnarum spretum, quam in grave eorumdem mercatorum detrimentum, bombycinos folliculos, vulgo Cocconi, o bocci a Christianis emere, & mercari, ac sericum texere, pannosque sericos conficere non ita pridem præsumperint, & etiamnum præsumant. Nos ipsorum mercatorum indemnitati prospicere, simulque effrenatam dictorum Judæorum licentiam cohibere volentes, præsertim Clementis Prædecessoris literas, quibus inter alia Judæis præfatis quodvis rerum novarum mercimonium prohibetur, iisque solum permittitur artis Strazariæ, seu Cenciariæ exercitium, sicut præmittitur, ac in eisdem literis contenta quæcumque auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac quatenus opus sit illa omnia, & singula innovamus & exacte, & inconcussè in Civitatibus, præsertim Terris, & Locis Legationis Avenionen. & Comitatus Venayssini præfatorum perpetuo servari mandamus, & præcipimus. Præterea sub enarrata novarum rerum mercimonii prohibitione tam texturam, & confectionem serici cuiuscumque generis, vel speciei, quam emptionem, & venditionem etiam indirectam novi serici, sive contexti, sive non contexti, ac folliculorum Bombycinorum, quos Gallico idioma te Cocon, italice vero Coccone, seu Boccio appellant, comprehendi, & comprehensas esse auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Confirmatio relatæ Constitutionis Clementis VIII. præsertim circa prohibitionem Judæis mercaturæ rerum novarum.

Clausulæ.

§. 8. Volentes, & eadem auctoritate pariter decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicut in præmissis per ejsdem Civitatis, & Comitatus Vicelegatos, & alios quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate,

judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in iisdem Clementis Prædecessoris literis concessa sunt non obtare cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVIII. Januarii MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum super Recitatione Officiorum SS. propriorum juxta Ritum Breviarii Romani, pro Canonicis Præmonstraten. Congregationis Hispaniæ.

XLIII.

Clem. XI. Const. ed. 1705. Maii 30. P. 5. est de habitu, & Breviario. Et Bened. XIII. Const. ed. 1725. Jun. 18. P. 2. confirmatur huic similit. Decretum.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dat. 9. Febr. 1724. An. 3.

Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper a Congregatione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præposita Decretum tenoris, qui sequitur videlicet - Ordinis Canonicorum Præmonstratensium Congregationis Hispaniæ - Ad supplices Canonicorum Ordinis Præmonstratensium Congregationis Hispaniæ instantias, Sacra Rituum Congregatio declaravit, atque decrevit, ut a Canonicis præfata Congregationis ad formam Indulti sub die 28. Novembris 1722. ipsis concessi, Officia Sanctorum propriorum eorumdem Ordinis, juxta Ritum Breviarii, ac Missalis Romani recitari valeant. Die 11. Decembris 1723. - F. Card. Paulinus Præfectus. - N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamensis Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Decretum prædictum 1723. editum.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii Canonici Regulares Congregationis, & Ordinis prædictorum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat Apostolicæ confirmationis nostræ patrocínio communiri plurimum desiderant. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Preces Canonicorum.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: Sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Confirmatio relatæ Decretii.

Clausulæ.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IX. Februarii MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XLIV.

Statuitur ut Ruthenis ad fidei unitatem revertentibus bona sua integre referrentur.

Clem. XI. Const. ed. 1704. Mar. 3. P. 4. confirmata & ampliata fuere privilegia Neophytorum quoad temporalia. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727. Feb. 14. P. 2. Confirmatur Decretum de Hebraeis declarantibus animum suscipiendi Baptisma.

Dat. 10 Febr. 1724. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a Clementia Sedis Apostolicæ.

Terni Pastoris, qui misericors, & miserator existit, nec vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat, vices, licet immeriti, in terris gerentes, iis etiam, qui a fide Christi aliquando aberrant, pietatis, & misericordiæ janua referamus, ac pœnas quas juris feveritas in eos statuit, Apostolicæ Sedis clementia moderamus, ut ejusdem sedis benignitate alleciti, suis abjuratis erroribus ad Christi ovile, & pascua salutis reducantur.

Metu privationis bonorum detinebantur Rutheni, quominus ad unitatem redirent.

§. 1. Cum itaque, sicut Venerabiles Fratres Archiepiscopi, & Episcopi Rutheni cum S. R. E. uniti nobis nuper exponi fecerunt, ipsi nil adeo Ruthenos Schismaticos, quo minus ad veræ, & Orthodoxæ fidei unitatem revertantur, detinere, ac morari compererint, quam metum privationis, & amissionis bonorum suorum temporalium, quæ ad gremium S. R. E. revertentibus ex causa schismatis, in quod delapsi fuerant, multoties etiam per vim auferri consueverunt, & si istiusmodi pœna, quæ in illis partibus invaluit, e medio tolleretur, ac bona temporalia ad fidei Catholicæ unitatem redeuntibus reservarentur, futurum sperent, ut Rutheni Schismatici facilius, lubentiusque schisma, ejusque errores abjiciant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos animarum salutis quantum cum Domino possumus consulere cupientes, ipsorumque Archiepiscoporum, & Episcoporum votis hac in re favorabiliter annuere volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod deinceps omnibus, & singulis Ruthenis utriusque sexus tam Laicis, quam Clericis secularibus, & quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularibus cujuscumque status, gradus, Ordinis, vel conditionis existant, etiam Pontificali, aut alia quacumque Ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgeant, qui schismate, ejusque erroribus abjuratis, ad ejusdem S. Romanæ, & Universalis Ecclesiæ unitatem, sincero corde revertentur ( dummodo tamen relapsi non fuerint ) bona, res, jura, & actiones tam active, quam passive, quæ ad eos etiam ante tempus, ac tempore eorum lapsus in schismate, & errores hujusmodi quomodolibet legitime spectabant, seu spectare, eisque competere poterant, integre referrentur, ac reservata, & reservatæ esse intelligantur, ita quod post suam reversionem ad ejusdem Ecclesiæ communionem illa retinere, illisque frui, & potiri libere, & licite possint, nullusque eos desuper ex causa schismatis molestare, vel perturbare, iisque damnum, vel minimum præjudicium adferre audeat, seu præsumat, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & declaramus.

Statutum reservandi bona legitime spectantia Ruthenis non relapsis.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores & dictæ Sedis Nuncios judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibusque, & Universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus; legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac consuetudinibus, etiam immemorabilibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori sub Annulo Piscatoris die X. Februarii MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de cultu immemorabili B. Andreæ de Comitibus.

XLV.

Clem. XI. Const. ed. 1713. Sep. 12. P. 13. confirmatum fuit huic simile Decretum pro B. Gregorio. Et Bened. XIII. Const. ed. 1724. Jun. 4. P. 1. promulgatur Canonizatio Beati Joannis a Capistrano.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicæ servitutis officium, quod inscrutabilis divinæ sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati, atque infirmitati nostræ credere dignata est, ad specialem fidelium ædificationem salubriter exequi, aspirante superni favoris auxilio, jugiter satagentes, fervorum Dei, qui, despecta sæculi vanitate, jugum Domini in sancta humilitate assumerunt, & virtutum omnium præsidio muniti, decurso feliciter mortalis vitæ stadio, immarcescibilem gloriæ coronam in Calis accipere meruerunt, cultum, & venerationem in terris libenter promovemus, sicut Dei gloriæ, populorumque pietati convenire conspicimus.

Dat. 15. Febr. 1724. An. 3.

Procedium a promovendo cultu Servorum Dei.

§. 1. Cum itaque alias ad relationem Venerabilis Fratris Nostri Fabricii Episcopi Albanen. S. R. E. Cardinalis Paulutii nuncupati commissio introductionis causæ Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Andreæ de Comitibus Beati nuncupati Sacerdotis professi Ordinis Minorum Sancti Francisci in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum habita die 25. Septembris proxime præteriti, admissa, & a Nobis postmodum signata fuisset; subinde vero instante dilecto Filio Joanne Baptista Lamberto de Aste Fratre expresse professo Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum in sacra Theologia Magistro hujusmodi causæ Postulatore Processus in Curia Episcopali Anagninæ super cultu ab immemorabili tempore ipsi Beato præstito, sive super casu excepto a Decretis felic. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri in Congregatione Sanctæ Inquisitionis editis, auctoritate ordinaria constructus, in quo Venerabilis Frater Joannes Baptista Episcopus Anagnin. sententiam super prædicto cultu protule-

Decreto prædicto Congregationis confirmata fuit sententia Episcopi Anagnini de d. cultu immemorabili.

rat in eadem Congregatione Cardinalium die 11. Decembris novissime elapsi, examinatus, simulque a dicto Fabricio Episcopo, & Cardinale propositum fuerit dubium -- An sententia prædicti Joannis Baptistæ Episcopi Anagnini, lata super casu excepto a Decretis ipsius Urbani Prædecessoris, sive super cultu publico, ab immemorabili tempore dicto Beato præstito, esset confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agebatur; auditoque desuper tam in voce, quam in scriptis dilecto Filio Magistro Prospero Lambertini in utraque Signatura nostra Referendario, ac Fidei Promotore, necnon omnibus in enarrato casu excepto diligenter examinatis, ac mature discussis, memorata Congregatio Cardinalium rescribendum censuerit affirmative. Hinc est quod Nos piis, atque enixis ejusdem Joannis Baptistæ votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, eumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, quod scilicet de casu excepto a Decretis

prædicti Urbani Prædecessoris, sive de cultu publico ab immemorabili tempore dicto Beato Andrea præstito constet, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respectively inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XV. Februarii MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Preces Patris Magistri Conventualis Postulatoris.

Confirmatio præfati Decreti.

*Finis Constitutionum Innocentii XIII.*

